NOVA
ETHICA,

Cum

MNIBUS VIRTUTUM
EFINITIONIBUS ET DISTRI-
butionibus, quoad ipſa præcepta,

UNO FOLIO

Comprehenſa: ſed in explicationibus ſuis, maximè ſub tractatu de Juſtitia

OTIUS JURISPRUDENTIÆ
principium & fundamentum declarata:

em ex præcipuis IC. tum ex moralibus doctri-
Varronis, Cic. Plin. Saluſt. Sen. T. Liv. Val.
ax. Corn. Tac. Q. Curt. Terent. Plauti: Item
Lucret. Virg. Ovid. Horat. Propert. Iuvenal.
rt. Auſon. Lucan. Claudian. Mantuan. M.
aling. &c. formalibus cujuſq; authoris verbis retentis, collecta, ſed jam in lucem promota

PER

ANDREAM RIED S. H. C.

GIESSÆ, apud Chemlinum.
1616.



PRÆSTANTISSIMIS ET HUMANISSIMIS LL Candidatis,

Dn. JOHANNI GRASERO Regiomontano Franco:

ET

Dn. VITO PHILIPPO PFAUDIO Norimb. &c.

Fautoribus & amicis optimis & respectivè affini.



Etus verbum, Præstantissimi & Humanissimi Fautores & amici optimi & respective affinis, *hoc quidem est, communia esse amicorum inter*

ſe omnia, ut ſcribit Terent. in Andr. Hoc enim unicum veræ amicitiæ ſymbolum eſt, ut amicus amici fortunam magnifaciat & cum gaudio intueatur. Id quod ego quidem pro mea perſona facio, dum mihi gratulor de vobis mihi amiciſſimis Fautoribus, quibus fortunam ſuam bene cupio, eamque indies magis magisque augeri opto, & Deum Opt. Max. rogo. Agnoſco equidem fortunam veſtram pro majori ſua parte adhuc eſſe in meſſe; nihilominus tamē

pri-

prima vestra seges aliquatenus ostendit, quàm ampla, quam pinguis & quàm felix futura sit messis illa bonorum & honorum. Quod dum ex antecedentibus signis colligo, qui aliâs minimus sum, eò cogitationes meas dirigere constitui, ut non tantùm me apud vos maturiùs magis magisq; insinuem, & de fortuna vobis gratuler & gaudeam, sed & ut simul reipsa declarem, me vestrum vicissim amicum esse & futurum. Hoc ipsum enim requirit relatio inter

amicos &jus amicitię. Quapropter, quatenus non tam de præſenti, quâm & de futura veſtra gaudeam fortuna, mihique ipſi eam quadantenus vindicem, tanquam propriam: ita è contrario fas eſt, ut, ſi quid mearum ſit facultatum, id omne quale quantumq; eſt, vobis ſimiliter vindicetis & veſtrum agnoſcatis. Qua in re per jura amicitiæ facile illud jus in me locum habere largior, quod priùs in alio ſtatuero: Nimirum dum jure amicitiæ veſtrum animum,

mum, vestrum favorem, vestram fortunam mihi vindico & asscribo, non iniquum erit, vos idem de memet scribere & dicere, excepto eo, quòd vires meæ paulò sint debiliores. Verùm enimverò quicquid ejus sit, mihi inprimis in animum revoco, amicum non externa, sed interna æstimare, & non casam sed causam ponderare: Hacque spe fretus, ad vos meos Fautores & respective affinem hoc meo scripto accedo, ut videlicet deprehendatis & intelli-

telligatis, nolle me quicquam mihi reservare privatim, quod non simul vestrum esse agnoscam, & quod non sponte mea offeram, modò sciam, vobis id gratum & acceptum futurum. Sanè quantum ad ipsum scriptum attinet, fortasse meliùs id dijudicare noveritis, quàm ut meum exponam de eo judicium. Interim tamen illud fateor, me hanc Ethicam aliis etjam doctis viris relegendam & revidendam, inscioq; authore augendam obtulisse,
qui-

quibus labor in paucas haſce paginas impenſus, non adeò viſus fuit de nihilo. Eventus demonſtrabit poſthac, cujus ſit utilitatis. Quatenus tamen ſpe magna ducor, utiliſſimam hanc futuram operam, vobis tanquam ſingularibus amicis meis hunc qualemcunque laborem amicè & officiosè offerre & conſecrare volui; Atque hactenus reipſa demonſtrare me, ſuprà allegato proverbio non tam quoad alios quàm & quoad me ipſum locum tribuere, & ut

vos

vos qualicunque ratione admoneam, ut in illa inter nos ſemel inita amicitiâ constantes perſeveretis, meque (ut facitis) veſtrum ametis, meique datâ ita occaſione memores ſitis, tanquam amici veſtri. De qua re, etſi non dubitavi, nec adhuc dubito, placuit tamen ex abundanti etiam currentibus equis calcar non quidem admovere, ſed nec amovere. Quod ſupereſt Deum Trinum & Unum ex imo pectore & omnibus animi viribus oro, ut utrumq;

ve-

vestrûm ad Nestoris annos salvos custodiat, in viis suis ducat, fortunam vestram augeat, & tandem ad sua coelestia tabernacula paternè recipiat. Dabantur Giessæ Hessorum 24. Februarii Anno 1616.

V. V. H.tis H.tis

studiosiss.

Caspar Chemlinus
Typogr. Giess.



Ad Ornatissimum
Dn. CASPAREM CHEMLINUM TYPOGRAPH.


QVod, CHEMLINE, *petis Metrum, non addere fas est:*
Puncto nam Liber hic non eget ipse meo;
Verùm ne hac aliquo tibi forsan hiatet hiatu
Pagina; sat fuerint vel tria verba Libro:
Hic Samii nobis Rami dat Littera callem,
* limite qui dextro surgit. *Eamus, age!*

In ipso Typographéo
αὐτοσχεδιασὶ adscripsi

Johan. Saubertus
Altorfinus.



ETHI-



ETHICA NOVA
cum
DEFINITIONIBUS ET DISTRIBUTIONIBUS,
UNO FOLIO *Comprehensa.*

ETHICA est, quæ de virtutibus docet.

VIRTUS est habitus honestè vivendi.

Estque Prudentia, Fortitudo, Justitia, Temperantia.

PRUDENTIA est quæ diiudicat honestum.

FORTITUDO (aliâs Magnanimitas) est quæ confortat animum.

In propulsandis malis per *Generositatē.*

In perpetiendis malis, per *Patientiam.*

In finiendis rebus, per *Constantiam.*

JUSTITIA est quæ cuique suum ius tribuit.

In Pietate personam honorando per *Observantiam*: Vel mandatum eius exequendo per *Obedientiam.*

 Ina-

In amicitia.

In beneficentia, benefaciendo publicis per *Munificentiam*: Vel privatis per *Liberalitatem*: referendove beneficia per *Gratitudinem*.

In misericordia, subveniendo personæ per *Hospitalitatem*: Vel rebus eius per *Gratificationem*.

In fidelitate, susceptum officium administrando, animo sincero, per *Candorem*: Vel labore, per *Diligentiam*.

In puniendo, pœnas infligendo per *Severitatem*: Vel mitigando per *Lenitatem*.

TEMPERANTIA, (aliâs modestia,) est quæ moderatur:

Mores, per *Verecundiam* & *Civilitatem*.

Linguam, per *Taciturnitatem*.

Gulam, per *Sobrietatem*.


Iram per *Mansuetudinem*.

Ambitionem per *Humilitatem*.

Libidinem, pet *Pudicitiam*.

Dispositionem bonorum, per *Parsimoniam*.

EX



EXPLICATIONES ET DECLARATIONES PER exempla & testimonia

De

VIRTVTE IN GENERE.



IRTUS omnis quædam est mediocritas & medium, inter duo extrema consistens, quorum extremorum utrumque in vitii genus cadit. Hinc teste *Horatio* lib. 1. Epist. *Virtus est medium vitiorum, & utrinque reductum.* Similiter *Palingenius* lib. 2 in hæc verba scribit: *Inter utrumque manet virtus, extrema relinquens.* Et cum his concordat *Martial.* lib. 1. Epigram. quando ait.

Illud quod medium est, & inter utrumque probatur. Quo & spectat illud *Poëta.*

——— *Medio tutissimus ibis.*

Et referri huc potest, quod *Cornelius Gallus* in fragment. proponit, quando scribit:

Maior enim mediis gratia rebus in est.

Ex quibus testimoniis non tantùm probatur, quod illud pro virtute reputandum sit, quod inter duo extrema reperiatur medium, sed & quod utilitas maxima consequatur eos, qui in medio perstiterint, iuxta illud Quintiliani lib. 12. de Institut. Orat. c. 10. quando ait:

Tutissima ferè per medium via, quia utrinsque ultimum vitium est.

Extrema (inquam) vitiosa & periculosa sunt. Unde illud:

Omne, quod est nimium, vertitur in vitium.

Et consonat illud *Seneca* 2. de beneficiis quando scribit:

Æque peccat quod excedit, quàm quod deficit.

Unde *Seneca* in Oedipo.

Quicquid excessit modum.
Pendet instabili loco. Et
Quisquis medium defugit iter.
Stabili nunquam tramite currit. *Seneca* in Cetheo.

Ex quibus adductis non tam de utilitate virtutis & medii: sed & de incommoditate extremorum patet, ut non abs re *Terent.* in Andria scribat: quod *Apprimè in vita est utile, ut ne quid nimis.*

Sanè de hac commoditate respective & discom-

discommoditate pluribus quis posset discurrere, si instituti esset nostri. Quādoquidem autem rem, quoad eius fieri potest, brevissimè proponere in animum induxerimus, illud inprimis curandum erit, ut ne fortè id excedamus, quod nobis proposuimus: hac tamen interim observata ratione, quò minus obscuri fiamus, dum cupimus esse breves.

De laude virtutis illud apponere placet, quod *Seneca* monet Epist. 41. quando scribit:

Quid stultius est, quàm in homine aliena laudare? quid eo dementius, qui ea miratur, quæ ad alium transferri protinus possunt? nemo gloriari, nisi de suo debet.

Unde patet maxima illa differentia & intervallum, quod est inter bona animi & bona corporis. Etsi enim bona corporis donum sint Dei, ita tamen comparata sunt, ut quatenus magis externa, quovis momento etiam auferri possint ab homine; adeoque eius propria non videantur. Quantum verò attinet ad bona animi, sola videntur hominis propria bona, atque adeò propria; ut nec auferri ab ipso unquam possunt. Unde *Cic.* de Senect. scribit.

Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest: neque naufragio neque incen-

dio amittitur? qua præditi qui sunt soli sunt divites.

Et concordat *Seneca*. Epist. 40. quando ait:

Lauda in illo, quod nec eripi possit, nec dari.

Nimirum collatio quædam instituitur inter bona propria homini, & ea quæ ipsi propria non videantur.

Illius generis sunt virtutes quævis, quæ cum homine ubique locorum & peregrinantur & rusticantur, perpetuâ quadam societate cum homine coniunctissimæ: quæ vel cum ipso homine malunt interire, quam ab homine aliò diverti. Quantum ad alia bona attinet, etsi in suo genere propria etiam homini dici possunt, nihilominus tamen propria non videntur, si conferuntur cum bonis animi: adeoque hæc, quæ dicimus, in suo respectu & collatione instituta verificantur.

Etsi enim virtutes adeò homini cohæreant, quò minùs ab ipso separari valeant: diversa tamen ratio est quoad bona externa. Juridicum exemplum si huc transportare libeat de MUTATIONE MONETÆ. Experientia testatur, quòd mutatio illa duplici modo contingere possit, videlicet quoad bonitatem intrinsecam, & quoad bonitatem extrinsecam: illam fortè mutationem quantitatis, hanc qualitatis dixeris: Qua

in re ita comparatum est, ut si mutata fuerit bonitas intrinseca restituenda veniat in contractu mutui, pecunia mutuo accepta, consideratione habita ad tempus contractus. Quod si verò mutata fuerit bonitas extrinseca, restitutio fiet secundum tempus solutionis: prout hac de re distinguitur per Jurisperitos, *ut videre est per Soarez in thesauro suo lit. P. n. 73. &c.* Causa huius distinctionis in eo sita est, quod creditor intrinsecã bonitatem; & (ut ita loquar) quantitatem conservare potuisset à mutatione, si illam pecuniam nõ credidisset, sed in sua cista reservasset. Verùm quantum ad bonitatem extrinsecam, in confesso est, quòd nec à diligentissimo patrefamilias potuisset præservari & salvari à mutatione. Cum enim mutationem magistratus publicus & Legislator decernat ex publica quadam utilitate, consequens, quòd hactenus privatorum utilitas & interesse cesset, sicubi fortassis cum publico respectu simul stare nequeat. Huic favori publico pactis privatorum derogari non potest: interim tamen vice versâ, favor publicus derogat favori privato. Hactenus igitur mutatur ex consideratione publicæ utilitatis extrinseca bonitas, & valor pecuniæ, etiamsi possessori pecuniæ incommoditas, quædam inde oriatur.

Quemadmodùm igitur bonitas intrinseca magis videtur propria domini & possessoris pecuniæ: Et bonitas extrinseca minus propria eius videtur, ut & secundum hanc distinctionem postmodùm restitutio creditæ pecuniæ sit facienda: ita & multò magis interna bona & virtutes magis propriæ hominis videntur, ut & secundùm eas homo principaliter æstimetur, non habita ratione bonorum externorũ: quæ etiamsi multùm ad rem faciant, ea tamen nõ sunt, quæ vel in minimo derogare queant bonis hominis internis. Quatenus enim animus nobilior est corpore: ita dona animi nobiliora esse bonis corporis nemo inficiabitur, si attendat relationem, quæ est inter subiectum & adiunctum.

Simile exemplum est IN COMMODATO, ubi si res commodata deteriorata sit, & quæratur, utrùm pretium totius rei pro re commodata restituendum sit, vel res commodata cum ęstimatione eius, in quantum deteriorata fuerit? plurium sententia huc concessit, ut res cum æstimatione deteriorationis restituenda veniat, per Schneidwein. ad §.14.n.22. inst. de action. nimirum quia res propria est commodantis & quantitas eius, non solùm forma.

Quandoquidem autem bona animi propria sunt homini, ut ex iis solis homo æsti-

æstimetur, non inique *Cicero* ad Attic. considerans difficultatem rei ita meminit: *Durior est conditio spectatæ virtutis, quàm incognitæ.* Interim tamen cum verissimum sit, quod idem *Cic.* 5. de finib. refert, ubi ait.

Hoc Aristo tenuit: præter vitia atque virtutes negavit rem esse ullam aut fugiendam aut expetendam.

Meminerimus illius quod *M. Cato* scribit in lib. qui inscriptus est, carmen de moribus, ubi ita notat.

Vita hominis prope uti ferrum est. Ferrum si exerceas conteritur: si non exerceas, etiam rubigo interficit: & homines quidem exercendo videmus conteri, sed si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio.

Prout hæc verba ex M. Catone refert *Aulus Gellius* lib. 11. Noctium Atticarum c. 2.

DEFINITUR AUTEM VIRTUS HABITUS HONESTE VIVENDI.

Virtus nihil aliud est, quam in se perfecta & ad summum perducta natura, teste *Cicerone* de leg. Vel *virtus est animi habitus naturæ modo, rationi consentaneus*, ut per eundem in Tusc. quæst. & de inventione: *omnisque virtus est mediocritas*, ut per eundem de claris oratoribus.

Habitus autem ille comparatur crebris

actionibus: quem si quis adeptus fuerit, haud minus grave est bono viro deflectere ad extrema, atque viro malo diverti ab extremis. Nam

Consuetudo altera est natura: Et

Difficile est mutare animum, & si quid penitus insitum est moribus, id subito evellere, teste *Cic.* in Epist. ad Brutum. Cui astipulatur *Catullus*, quando scribit.

Difficile est longum subitò deponere amorem.

Et referri huc posset illud *Horatii* lib. 1 Epist. quando ita tradit:

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu

Hanc honestatem etiam *Iureconsulti* cōsiderant, qui in §. 3. Inst. de Just. & Jur. inter præcepta Juris referunt, (*honestè vivere*) idque adeò latè extendunt, ut in honestate omnem propemodum materiam de præsumptionibus fundent. Quod si enim placeat præsumptio illa de honestate, regula ita proponatur.

REGVLA IVRIDICA.

Illud, quod honestius est, præsumitur.

Hæc regula non tantum per *Andream Alciatum* in libello suo de præsumptionibus firmatur & exemplis illustratur, sed &

con-

confirmari posset per autoritatem *Ciceronis* in Epist. Famil. ad Brutum, quando in hæc verba scripsit.

Vti quisque est vir optimus, ita difficilime alios esse improbos suspicatur.

Cumque *IureConsult.* in Leg. 144. de reg. Jur. scribat:

Non omne quod licet, honestum est.

Non nobis illud imaginabimur, quod liceat sed quod fecisse decebit. Illa tamen differentia est, quod Jurisperiti paulò generaliùs exaudiant illud honestius, quod scilicet vel natura vel lege tale sit.

Quod si igitur propositam illam regulam de præsumptione illius, quod honestius sit, exemplis declaraverimus, patebit maximus eius considerationis usus. Hinc enim est, quòd, si quæramus, utrùm res in dubio præsumatur libera vel servituti addicta, concludendo & præsumendo pro honestiori, dicamus eam esse liberam.

Id quod adeò generale est in Jure, ut non tantùm res præsumantur liberæ, ex præsumptione quæ fit pro eo, quod honestius est: sed & personæ ipsæ. *Quilibet* enim *in dubio liber præsumitur*, ex præsumptione eius quod honestius est, usque dum manifestè probetur servus.

Hæcque præſumptio uſque generalis eſt, ut & aſſcripticii meritò pro liberis habeantur, ſecundùm Colerum & alios Doctores. Imò verò & his æquiparantur de conſuetudine Germaniæ homines proprii Leibeygene Leut / qui, quatenus præſumendum erit pro eo, quod honeſtius eſt, magis aſcripticiis ſimiles erunt, quam ſervis: ut hac de re Jurium interpretes conſulendi ſunt.

Illud moveri adhuc poſſet, an præſumendo pro eo, quod honeſtius ſit, res indubio cenſeri poſſit feudalis, vel, an allodialis dicenda ſit? Hoc quidem plerique affirmăt & facit ſupra adducta regula, & omnium aliorum, quæ ſequuntur, exemplorum inductio: ſed tamen exceptionem in curia Domini, & ubi maior pars bonorum inventa fuerit feudalis, cogitandum relinquimus. Nam & in ſimili liber homo in perpetuum locare operam ſuam non poteſt, utpote cum locatio conductio ad contractus referatur, in quibus hominis liberi conſideratio paſſiva, regulariter nulla eſt, argum. §. 1. de præſcript. Interim tamen in Jure feudali liber homo in perpetuum ſe ad ſervitia obligare poteſt: nimirum ſecundariò magis, quatenus feudum cadit in genus donationis, adeòque principaliter aliud agitur, quam ut in perpetuum con-

conducatur opera liberi hominis. Hæcque de illo exemplo, quod ex præsumptione ejus, quod fuerit honestius, unusquisque præsumatur liber: & quod quæque res in dubio libera præsumatur.

Ad eundem modum præsumendo pro eo, quod honestius est, dicimus unumquemque præsumi bonum & honestum, usque dum contrarium fuerit probatum. Vulgata hæc vox est: *quilibet præsumitur bonus*: quæ descendit ex hac præsumptione, quæ fit pro honestate & pro eo, quod est honestius: prout & huc referri posset quâlibet præsumi virginem, quatenus illud præsumendum, quod honestius fuerit.

Tertiò si quæramus, utrùm in nuptiis liberorum debeamus requirere consensum parentum, nemo homo erit, qui infitiabitur, honestius esse, consulere parentes in hoc tractatu gravi, quàm ipsorum autoritatem & consilium contemnere. Unde præsumendo pro eo, quod est honestius, dicimus ex mente Imperatoris in princ. Instit. de nupt. quod & civilis & naturalis ratio suadeat, adhiberi consensum parentum in contractu matrimoniali à liberis.

Quartò si quæratur, utrùm pater adoptivus possit filiam adoptivam post dissolutum adoptionis vinculum ducere in uxorem? præsumendo pro eo, quod est ho-

nestius, dicendum erit, filiam illam per matrimonium non posse copulari patri adoptivo, etiamsi adoptione solutâ neque naturali neque civili ratione ipsi coniungatur: ut hac de re textus est in §. 1. ubi supra.

Quintò præsumendo pro eo quod honestius est, dicendum erit, quòd in servilibus cognationibus prohibitio matrimonii attendenda sit, ut si fortè pater & filia: aut filius & mater: aut frater & soror manumissi fuerint ex servitute. Honestius enim est denegare hisce personis connubium, uti hac de re textus est in §. illud certum est suprà dicto titulo.

Sextò similiter præsumendo pro eo quod honestius est, in materia matrimoniali solent affirmare, eum præsumi ex legitimo matrimonio natum, cuius mater fuit adultera, cùm honestius sit, esse procreatum ex matrimonio, quam ex adulterio. Et hoc quidem adeò generaliter ex præsumptione honestioris, seu pro eo, quod honestius est, procedit, ut, etiamsi mater adultera aliquoties in ipso adulterio deprehensa fuerit: imò etiamsi marito absente filium adulterinum ediderit, adhuc tamen alter partus editus & conceptus præsente marito, reputatur legitimus, ex præsumptione hac quæ fit pro eo, quod

hone-

honestius est. Id quod & eo casu procedit, quando præsente marito mater singulis ferè noctibus extra domum mariti pernoctat & cum suo adultero conversatur: modò tamen & marito pro arbitrio suo pareat mulier. Et hoc adeò generaliter extendunt JureConsulti, ut, etiamsi mater fateatur filium non esse legitimum, adhuc tamen præsumendo pro eo, quod sit honestius, nihil obesse possit filio matris loquela: distinctione quidem habitâ, quod mater sibi ipsi loquendo præiudicare queat: filio verò neutiquam, pro quo militat præsumptio, quæ facienda est pro eo, quod est honestius.

Quinetiam ad ipsum concubinatum hæc præsumptio extenditur. Cum enim honestius sit de Jure Civili nasci ex concubinatu, quam ex alia adhuc minus legali conversatione, quatenus præsumimus pro eo, quod honestius fuerit, concludemus reputari filium ex concubinatu natum, etiamsi concubina cumplurimis aliis rem habuerit: & etiamsi notorium sit, concubinam ex alio, quàm ex concubinario iam antè aliquando concepisse: ut & paulò antè dictum est de marita.

Unde audiuntur voces. Ist schon meine

meine Schwester ein Hurkind / so bin ich doch keines: prout hæc quàmplurimis exemplis & autoritatibus ad longum deducit & comprobat, Antonius Gabrielius in communibus conclusionibus, sub tit. de præsumpt. conclus. 14.

SEPTIMÒ quando quæritur in materia de suspectis tutoribus, utrùm tutor remotus ob latam culpam fiat famosus, honestius est, ut dicamus, ipsum non fieri famosum: utcunque famosus fiat si ob dolum remotus sit, per §. 6. de suspect. tutor. Neque refert quod dolus & lata culpa de Jure æquiparentur. Nam quæ æquiparantur in materia Juris privati, non habebuntur pro æquiparatis in materia Juris publici, nisi hoc simul fuerit expressum. Consequentialiter itaque illa, quæ æquiparata fuerint in favorabilibus, non habebuntur pro æquiparatis in odiosis & pœnalibus, concernentibus vitam, vel honorem, qui paribus passibus cum vita ambulat, ut & pro defensione honoris alterum quis occidere possit: prout Jure consulti hoc annotant, & sequitur Clarus in communibus opinionibus ex lib. 5. sentent. lit. H. num. 13.

OCTAVÒ pro exemplo supra propositæ regulæ adduci potest, quod quatenus honestius censeatur vivere secundum Jura communia, etiam miles in dubio præsumatur

tur testatus Jure communi, prout hoc testatur Sichardus in tractatu super Cod. ad leg. 1. num. 4. de testam. mili. Hinc iuniores, etiamsi sæpe immunes sint, si tamen videant alios aliâ lege vivere, ab iis nolunt differre, sed etiam ultrò sese subiiciunt communi & generali regulæ.

PRO NONO præsumendo pro eo, quod honestius est, si quæratur, utrùm furta sint prohibita, affirmandum utique erit, non obstante eo, quòd apud Lacedæmonios & Ægyptios olim furta fuerint permissa, uti videre est apud Alexander ab Alexandro in libris suis de genial. dieb. lib. 6. cap. 10. Nam contra hanc præsumptionem per illa allata exempla nihil inferri potest, quo minùs honestius habeatur præceptum furti prohibitivum, quam permissivum, aut (ut ita loquar) mandans. Nam in genere verum est, quod etiam illi, qui peccant, agnoscant honestatem in contrarium, iuxta illud:

—— *Video meliora, proboque*
Deteriora sequor.

DECIMÒ præsumendo pro eo, quod honestius est, nullum dubium minus est, quàm quòd prohibita sit deceptio alterius, iuxta generalem regulam Juris: quod nemo debeat locupletari cum alterius damno. Sanè hac in re Jura civilia agentibus certum

certum modum constituerunt, intra quem, (ut illi loquuntur) permissum sit decipere: scilicet infra dimidium iusti pretii. Hocque naturaliter accidere dicunt. Verborum intellectus hic est, quòd deceptio illa, quæ fiat extra propositum & intentionem decipientis; atque ita ex accidenti, non puniatur aut curetur à legibus. Verùm si quis iam sit deceptus ultra dimidium iusti pretii, sua remedia impertiuntur legislatores. Nihilominus tamen hac in re quidam suggerunt consilium ex præsumptione pro eo, quod est honestius: Nimirum cum negari non possit, deceptionem etiam infra dimidium esse contra honestatem, cõsultum aiunt, ut quis hãc honestatem faciat articulari, & inde concludi pro restitutione eius, in quantum quis deceptus fuerit: quo casu fortè fieri posset, ut per confessionem partis, & quatenus positionibus ex conscientia sua responderit, in effectu absportet illud, in quo deceptus fuerit.

Pro Undecimo præsumendo pro eo, quod erit honestius, dicendum est, quòd venia petenda sit, ubi dominum feudi in ius vocaverimus. Quid enim honestius est, quam ei deferre honorem, à quo quis magnam bonorum partem, atque adeò alteram quasi vitam habeat: & quem

& quem adversus patrem filium & fratrem iuvare teneatur, ad textum in capit. 1. titul. hic finit. lex? Distinctio si qua hac in re adhibenda erit, invenietur apud eos, qui ex professo Jura tractant.

Duodecimò in materia de iudiciis adhuc pro honestate præsumendo concludimus, quod advocato non liceat fallaciis decipere adversarium suum, etiam in bona causa. Nam hoc sequitur ex supra allata regula, & concordat Emanuel Soarez in thesauro suo communium opin. lit. A. num. 98. ubi scribit quod peccet huiusmodi advocatus: scilicet contra honestatem, ut intelligo. Quocirca & quatenus honestius est pro negativa concludere hac in parte, eatenus tamen exaudienda erit negativa, secundùm Jure-Consultos, quò minùs procedat in præiudicium Juris publici: in quo privatorum ratio, tanquam singulorum, non semper habetur.

Ex quibus adductis exemplis abundè constat, quòd præsumptio pro eo, quod fuerit honestius, per omnes Juris materias se extendat, si incipiamus à tractatu personarum, usq; ad tractatum de rebus, de obligationibus atq; actionibus: ubi infinita alia adiungi possent exempla quotidiana, in quibus legislatores & veteris Juris pru-

prudentes præſumanr pro eo, quod ſit honeſtius. Verùm cum propoſiti noſtri non ſit, hęc latius deducere, ſuffecerit in genere demonſtraſſe uberrimum uſum illius præſumptionis in paucis illis exemplis, unde ſine difficultate ad alia accommodatio fieri poteſt.

DE PRVDENTIA.

QUemadmodum omnis virtus eſt mediocritas, uti ſuprà de virtute in genere præmiſimus: ita quoque in ipſa prudentia medium quoddam erit obſervandum. Unde *Martialis* dicit:

Quiſquis plus iuſto, non ſapit, ille ſapit.

Cum quo in effectu conſentit *Cordus* lib. 1. Epigram. quando ſcribit:

Deſipere eſt ſemper ſapere, & non tempora noſſe,
Nec qui læta velit, quique ſerena lotus.

Sed hæc ex ſupra adductis generalibus. Prudentia autem tanta eſt, de qua & *Pacatus* in Panegyrico meminit, quòd

Sua cuique prudentia Deus.

Quod ſi enim homo homini Deus, quid ni etiam quis ſe ipſum iuvare poſſet, ſi cautè ambulaverit? Et tanta eſt huius virtutis præeminentia, ut ei meritò primus inter virtutes deputatus locus ſit à veteribus. Hæc enim & in Fortitudine & in reliquis virtu-

virtutibus dominatur, ut vel ideò non inique *Cic.* pro Marcello in hæc erumpat verba:

Si in alterutro peccandum, malim videri nimis timidus, quam parum prudens.

Nam ipso *Cicerone* teste lib. 6. Epist.

Bene sentire recteque facere, satis est ad bene beateq; vivendum.

Præponitur sententia recti: postponitur factum: Nam & hoc non semper possumus obtinere, quatenus impedimur externis circumstantiis: cùm contrà præcipuum sit, si quis rectè sentiat, ut vel ideò *magnum sit solamen, etiamsi res aliter ceciderit, quem tamen recte sensisse*, ex mente eiusdem *Cic.* Ideòque non male scribit 4. Tuscul. quando ait.

Duo hæc maxima in philosophia, iudicium veri, & finis bonorum. Quantò igitur maior est dignitas & præeminentia huius virtutis (prudentiæ) tantò & diligentiores erimus in mediis illis investigandis, per quæ ad ad prudentiam & excellentem hanc virtutem pertingere possimus. Media autem illa sunt, primùm DOCTRINA. Unde *Quintil.* lib. 12. cap. 2 ita scribit:

Virtus etiamsi quosdam impetus à natura sumit, tamen perficienda doctrinâ est.

Cui in effectu astipulatur *Horat.* lib. 4. Carm. quando scribit.

Doctri-

Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectiq; cultus pectora roborant.

Cuius intuitu *Cic.* scribit in Epist. Famil. ad Brutum his verbis.

Princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum deniq; fore beatas respub. putavit, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent: aut qui regerent, omne suum studium in doctrinâ & sapientiâ collocassent. Hanc coniunctionem videlicet potestatis & sapientiæ, saluti censuit civitatibus esse posse.

Hæc ille: unde vicissim patet illa præeminentia & dignitas prudentiæ, quæ etiam in omnibus aliis virtutibus suum effectum exserat.

Licet autem aliâs differentia sit inter sapientiam & prudentiam: quarum illa à *Cicerone* in Tuscul. quæst. & in Offic. ferè, sic describitur:

Sapientia est rerum divinarum atq; humanarũ sciẽtia, cognitioq; quæ causa cuiusq; rei sit.

Sed illa *prudentia est rerum bonarum & malarum & utrarumq; scientia.*

Ut per *Cic.* de invent. quò & referunt *eloquentiam, quam Cicero copiosè loquentem sapientiam* dicit.

Cumq; secundum philosophos sapientia versetur in necessariis: prudentia in cõtingentibus: parum tamen abest, quin de utraq; dici queat quòd doctrinâ acquiratur.

ALTERUM illud eſt, UT QUIS MATURÈ VENIAT AD STUDIA. Unde *Quintilian.* lib. 1. ſic monet.

Præceptum eſt, ne, quod cuique diſcendum eſt, ſerò incipiat.

Et conſentit in ſimili *Virg.* 4. Georg. quando ſic ſuadet.

Tu quos ad ſtudium atque uſum formabis agreſtem
Iam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi,
Dum faciles animi iuvenum, dum mobilis ætas.

Nam hinc illa utilitas, quod non tantum facilius apprehendatur, quod in iuventute addiſcitur, ſed & quòd diutiùs retineatur. Unde *Virg.* 2. Georg.

——— *Adeò à teneris aſueſcere multum eſt.*

Et conſentit *Quintilianus* lib. 1. capit. 2. quando ait:

Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus.

Cuius generis etiam eſt illud *Horat.* 1. Epiſt.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem Teſta diu.

Et conſentit *Senec.* in Trode quando ait:

Dediſcit animus ſerò, quod didicit diu.

Ut

Ut adeò optimè scribat *Non.* ex Afran. quando ait:

Male merentur de nobis heri, qui nobis tanto-pere indulgent in pueritia.

Nimirum ex prima infantia ad studia literarum quis applicabit animum pro acquirendâ prudentiâ, de qua hic agitur. Verùm cùm non satis sit ab ineunte ætate studiis incumbere.

Sed & pro TERTIO insuper requiratur, UT QUIS COGNOSCAT SE IPSUM: non iniquè *Cic.* lib. 1. Academ. quæst. sic scribit.

Hæc omnis sapientia Socratis non arbitrari se scire, quæ nesciat.

Cum quo non dimicat doctrina *Senecæ*, quando scribit.

Initium est salutis, notitia peccati.

Ut p[illegible] eum Epist. 28. Et simile adducit Epist. 6. [illegible]ando notat.

Argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt.

Cum quibus non male consonat *Senec.* de tranq. vit ubi scriptum reliquit.

Puto multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenisse.

Et *Quintil.* lib. 1. hæc verba tradit.

Nihil peius est iis, qui parum aliquid ultra primas literas progressi falsam sibi persuasionem induerunt.

Qu-

Quò nesciò, an incommodè referatur dictum *Cic.* 4. Tuscul. quando scribit:

Sed nescio quomodo plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adamaverunt, pugnacissimè defendere, quam sine pertinacia, quod constantissimè dicatur, exquirere.

Quare cum *Plauto* in trinum. dicemus quod

Qui ipsius se contemnit, in eo indoles est industria.

Obscuritates igitur non assignemus culpa
Scribentium sed inscitia non assequentium.

Uti testatur *Gell.* lib. 20. noctium Attic. *ex sexto Cœcib.*

Sensus est quod quis ad studia debeat afferre animum vacuum & non præconceptis opinionibus iam antè occupatum. Hac enim ratione invertitur ordo, qui est inter discentem & docentem, quatenus auditor in continenti præsumit agere partes Magistri. Hinc enim fit, ut, dum ex alia facultate & scientia ad aliam transfert principia argumentandi, multam cõfusionem & sibi & aliis causetur. Quatenus enim unaquæque scientia habet sua peculiaria nomina & terminos, usque eò, ut *nec sutores suam possint tueri artem, nisi uterentur verbis sibi familiaribus & usitatis, nobis vero incognitis*, prout testatur *Cicero* in Academ. quæst. quomodo fieri potest, ut præcepta & prin-

cipia uni arti propria, alteri tanquam propria accommodentur secundùm principaliorem intentionem? Quantum ad Jus attinet, ea differentia est inter Jurisprudentiam & alias artes, quod in Jure ad unam omnes definitiones à priori constituantur & secundum propriam significationem: non attento eo, quòd definitio illa postmodum species subiectas non comprehendat omnes.

Nam nec mens nec intentio Legislatoris unquam fuit, quòd definitio etiam species ex accidenti adductas complecti debeat: cùm satis esse crediderit ad primævam & propriam naturam accommodare definitionem.

Colligas definitiones, quas poteris, nihil aliud nisi hoc ipsum deprehendes, & experieris cum fructu. Fructus ille est, quòd, cùm impossibile sit omnes legibus proponi & determinari casus, qui unquam accidere possint, interpretationi relinquitur id, quod in legibus non fuerit definitum. Cum autem interpretatio non quævis recipiatur, sed illa tantùm, quæ fundamentum suum in legibus quærit: ita res in effectu habet, ut in interpretando odiosam materiam strictè ad definitionem propositam respicere & collimare necesse sit. Sin verò favorabilis fuerit materia etiam

iam species postea extra definitionis cancellos subiectæ intelligentur & comprehendentur: ut hactenus & species non facile multiplicandæ sint.

Hanc rationem Juris plerique impugnant, qui sibi statim, atque ad ius animum appulerunt, vindicant Juris scientiam, & persuadent, fieri non posse, quò magis sustineatur aliqua definitio, quæ singulas species subiectas non complectatur.

Hoc autem ex Logicis adferunt præiudicium & præconceptam opinionem, qua etiam eò adducuntur, ut textibus & definitionibus manus violentas inferant.

Discipuli hoc non est: maximè verò, quatenus potestas condendi leges ad Maiestatem refertur, quàm lædere nefas est. Neque excusatio illa quicquam confert, ubi de mente dicunt se inquirere. Nam si fortè nemo esset inter omnes Jurisconsultos, qui amplecteretur definitionem, prout concepta esset, aliquid forsan operari posset illa excusatio prætensa. Verùm pro Maiestate tam diu præsumitur, usque dum constabit de aliqua notorietate in contrarium, quæ levibus ratiunculis induci non potest: uti hoc per Jureconsultos pleniùs proponi solet.

Nos pro ratione temporis abrumpemus & concludemus, obscuritates assignandas non esse culpæ legislatoris, ut suprà dictum,

QUARTÒ UTILIA SUNT DISCENDA quodam ordine observato. Unde illud *Horat.* lib. 1. de art. Poët.

Singula quaque locum teneant sortita decenter.

Et in eandem propemodùm sententiam scribit *Manilius* lib. 2. de rati. omni. quando ait.

Singulaquè in summa prodest didicisse priora.

Et quidem inutilia reiicienda erunt, ut non immeritò *Senec.* Epist. 50. sic scribat.

Quid te torques & maceras in illa quæstione, quam subtilius est contempsisse, quam solvere.

Et consentit *Quintil.* lib. 1. cap. 12. quando ait.

Persequi quidem quod quisque unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimia miseria est, aut maioris iactantia, & detinet atque obruit ingenia meliùs aliis vacatura.

Et iterum *Senec.* Epist. 49. ita scribit:

Quæ dementia supervacua discere in tanta temporis egestate?

Utilia igitur proponenda & discenda sunt, quorum ratio manifestior sit. Unde si quæratur, utrùm sanguis de cadavere mortu

tuo profluens indicium sit advenientis vel præsentis malefactoris & rei, & an ad torturam sufficiens sit? satius est, ut hoc reiiciamus tanquam id, cuius ratio reddi non possit.

Etsi enim verum sit illud, quod scribit *Plin.* lib. 2. Natural. Histor. cap. 12. quando ait.

Neque omnium rerum adferri posse causas minus mirum est, quàm constare in aliquibus.

Cui in effectu consentit illud *Martial.*

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare.
Hoc tantùm possum dicere, non amo te.

Et huiusmodi ferè etiam à *IureConsult.* adducitur, quando in leg. 17. de legibus scribunt.

Non omnium, quæ à veteribus constituta sunt, rationem reddi posse.

Nihilomagis tamen huiusmodi obscuritatibus & ambiguitatibus adhærendum erit.

Et quòd ratio huius rei obscura sit, testatur Alexand. Raud. & videtur quarantenus consentire Pet. à Duennas in regulis suis, regula 373. ubi requirit adminicula, ad hoc ut cruor effluens sit indicium ad torturam, nimirum inimicitias & famam.

Eiusdem generis etiam est doctrina de ALCHIMIA, quæ nec proponenda facile, sed potius differenda.

Nos pro ratione temporis abrumpemus & concludemus, obscuritates assignandas non esse culpæ legislatoris, ut suprà dictum.

QUARTÒ UTILIA SUNT DISCENDA quodam ordine observato. Unde illud *Horat.* lib. 1. de art. Poët.

Singula quaque locum teneant sortita decenter.

Et in eandem propemodùm sententiam scribit *Manilius* lib. 2. de rati. omni. quando ait.

Singulaquè in summa prodest didicisse priora.

Et quidem inutilia reiicienda erunt, ut non immeritò *Senec.* Epist. 50. sic scribat.

Quid te torques & maceras in illa quæst ... quam subtilius est contempsisse, quam solvere.

Et consentit *Quintil.* lib. 1. cap. 12. quando ait.

Persequi quidem quod quisque unquam ve... contemptissimorum hominum dixerit, aut n... mia miseria est, aut maioris iactantia, & deti... net atque obruit ingenia meliùs aliis vacatu...

Et iterum *Senec.* Epist. 49. ita scribit:

Quæ dementia supervacua discere in tant... temporis egestate?

Utilia igitur proponenda & discend... unt, quorum ratio manifestior sit. Unde quæratur, utrùm sanguis de cadavere mo...

tu

tuo profluens indicium sit advenientis vel præsentis malefactoris & rei, & an ad torturam sufficiens sit? satius est, ut hoc reiiciamus tanquam id, cuius ratio reddi non possit.

Etsi enim verum sit illud, quod scribit *Plin.* lib. 2. Natural. Histor. cap. 12. quando ait.

Neque omnium rerum adferri posse causas minus mirum est, quàm constare in aliquibus.

Cui in effectu consentit illud *Martial.*

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare.
Hoc tantùm possum dicere, non amo te.

Et huiusmodi ferè etiam à *IureConsult.* adducitur, quando in leg. 17. de legibus scribunt.

Non omnium, quæ à veteribus constituta sunt, rationem reddi posse.

Nihilomagis tamen huiusmodi obscuritatibus & ambiguitatibus adhærendum erit.

Et quòd ratio huius rei obscura sit, testatur Alexand. Raud. & videtur quatantenus consentire Per. à Duennas in regulis suis, regula 573. ubi requirit adminicula, ad hoc ut cruor effluens sit indicium ad torturam, nimirum inimicitias & famam.

Eiusdem generis etiam est doctrina de ALCHIMIA, quæ nec proponenda facile, sed potius differenda.

Nam licet ea licita sit, prout communiter testantur, ut videre est apud Hippolyt. Bonacos. in communibus opin. in verb. Alchimia: nihilomagis tamen proponenda his est, quibus ad obtinendam prudentiam utiliora proponi possunt & debent.

Adferunt etiam scientiam Criticam de diebus felicibus & infelicibus cognoscendis, quam, qualiter inventa est in Bibliotheca cuiusdam Generosi Baronis, deß Geschlechts von Prag genandt, huc apponemus.

MIRABILIS SCIENTIA Critica.

I. Die *mensis si quis cœperit ægrotare, timebit diem tertium eiusdem mensis: quem si transierit vivet ad diem trigesimum.*

II. Die *si quis cœperit infirmari, habet diem decimumquartum quem timeat: hunc si transierit, spes est ipsum evasurum, sed nihilominus difficulter.*

III. Die *mensis qui infirmatus fuerit, brevi postea liberabitur.*

IV. Die *qui in morbum inciderit, & transierit diem 28 evadet.*

V. *Qui infirmatus fuerit die evadet salvus.*

VI. Die *qui decumbere cœperit, etiamsi morbus videatur sanari posse, tamen 30. sequentis moriturus est.*

VII. Die *qui infirmatus fuerit, facile liberabitur.*

VIII. Die

VIII. Die *si quis male habere cœperit, si non melius habebit usque ad 12. morietur.*

IX. Die *si quis cœperit ægrotare, evadet quidem, sed difficulter.*

X. Die *qui decumbere cœperit, procul dubio morietur.*

XI. Die *qui male habere inceperit, proximo die liberabitur.*

XII. Die *mensis si quis cœperit male habere, & non liberatur intra 15. morietur.*

XIII. Die *si quis infirmatus fuerit, & transierit* 18. *evadet.*

XIV. Die *mensis si quis male senserit, & non liberabitur intra* 19. *morietur.*

XV. Die *si quis decumbere cœperit, dubium est, an convalescat.*

XVI. Die *qui cœperit infirmari, evadet quidem, ut spes est, sed difficulter.*

XVII. Die *qui fuerit morbo oneratus, liberabitur die* 10.

XVIII. Die *q fuerit infirmatus, evadit feliciter.*

XIX. Die *si quis male habebit, facile evadet.*

XX. Die *qui ægrotare cœperit, evadit si sequentem diem transierit.*

XXI. Die *qui infirmatus erit evadet:*

XXII. Die *mensis qui decumbere cœperit, evadet quidem, sed graviter per decem dies patietur.*

XXIII. Die *qui laborare cœperit, vix evadet mense sequenti.*

XXIV. Die *mensis si quis caperit male habere, liberabitur mense sequenti.*

XXV. Die *qui laborare incipiet, evadet.*

XXVI. *Idem ut de proximo præcedenti.*

XXVII. Die *qui ceperit laborare morbo, evadet mense sequenti, dato etiam, quòd ad exitium patiatur & morti proximus videatur.*

XXVIII. *Qui ægrotare caperit die, morietur.*

XXIX. Die *si quis caperit infirmari, sequenti mense evasurus est.*

XXX, Die *si quis laborare caperit, dubium est, an evasurus sit.*

Hæc scientia (quam vocant) Critica ita generaliter proposita, specialiùs quoq; ad singulos menses, eorumque dies accommodata fuit, secundùm versiculos sequentes.

Prima dies Iani nocet, & conversio pauli:
Quarta nocet Februi: postrema & tertia fine:
Martis prima nocet, cuius de cuspide quarta est:
Aprilis 10. 11. 20. 27. 29.
Tertius in Maio lupus est, & septimus anguis:
Iunius 10. 11. 17. 24.
Iulius 3. 10. 13. 23. 24.
Prima, secunda necant Augusti, deinde triginta:

Ter-

Tertius & deni Septembris, deinde viginti:
Tertius & denus Octobris multùm alienus.
Quinta Novembris acris, vix tertia mansit inurna.
Dat duodena malà septemque decemque Decembris.

Sed hæc (ut dictum est) obscuriora sunt, quàm quorum ratio commoda reddi possit. Unde non malè *Cic*, lib. 2. de Divinat. ex *Plat*. sic scribit:

Chaldæis in prædictione & notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè credendum est.

Utiliora discenda esse diximus: id, quod adhuc reperimus. Quocirca etsi quæ adferuntur scripta Vatum (ut vocant) minus erunt recipienda, cuiusmodi fortè illud ex lit. D. Brigit. cap. 78. de V. Reg. 3. Reg. similibus brutis, & quod 6. elevatus deiicietur: comminatio quoque Christi super civitat. & Reg. &c. Quod ita legitur.

Filius Dei loquutur: Ostendi tibi prius 5. Reg. Primus coronatus asinus, quòd degenerans à bonis principibus maculam posuit in gloriam suam. Secundus lupus insatiabilis; qui non cognovit improvisum casum suum, ut ditaret inimicum. Tertius, aquila sublimis cæteros contemnens. Quartus, aries ventilans & conterens, & perficiens ex Iustitia Dei. Quintus, agnus occisus, sed non sine macula, cuius sanguis multis fuit occasio tribulationis & ruinæ. Nunc ostendo

tibi de sexto, qui conturbabit terram & mare, & simplices contristabit, qui terram sanctorum meorum exhonorabit, & sanguinem innocentem effundet: qui tempus vindictæ meæ posuit in audacia manuum suarum. Ideo nisi celeriter attenderit, appropinquabit ei Iustitia mea, & fiet sicut scriptum est: voluptatem & ventum seminant, ac tribulationem & dolorem metent. Nec solùm visitabo super regnum istud, sed & super civitates opulentas & magnas. Nam suscitabo famelicum, qui devorabit desiderabilia eorum: intestina mala non deficient, & discordiæ abundabunt; stulti damnabuntur & senes & sapientes non levabunt caput; honor & veritas prosternentur, donec veniet, qui placabit iram meam, & qui animæ suæ non parcet pro æquitatis caritate.

Hæc & similia longe sunt obscuriora, quàm ut declarari possint, & minùs sunt utilia, adeoque potius reiicienda, quàm ut in his tempus teratur: quæ etiam saltem ex abundanti proposuimus hoc in loco, in posterum verò tempus talia omittentur.

PRO QUINTO præter illam utilitatem, de qua hactenus, REQUIRITUR ETIAM DILIGENTIA & exercitium. Unde non abs re *Mantuanus* lib. 6. Sylv. ita scribit.

Multa negant cœli, quæ more parantur & usu.

Et in eandem ferè sententiam *Quintil.* lib.1.cap.1.ita tradit.

Nemo reperitur, qui sit studio nihil consecutus.

Quo & facit dictum *Manilii* lib. 1. Astronom.

Omnia conando docilis solertia vincit.

Et consentit *Terent.* in Heautont. quando ait.

Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit.

Sic quoque *P. Terent. Var.* scribit.

Si quantum operæ sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam philosophiæ dedisses, ipse bonus iampridem esses factus. Nunc illum qui norunt, volunt emere millibus centum: te qui novit, nemo centussi.

Et quidem illa diligentia in eo consistit, ut quis cum precibus manum simul admoveat, & ipse intueatur penitus atque consideret illud ipsum, cuius scientiam obtinere voluerit. Nam

Rerum optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt ex Timæo *Plat.*

Quo & spectat illud *Horat.* de art. Poët. quando sic scribit.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quã quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator

Multum enim facit ocularis rerum

inſpectio & evidentia, in tantum, ut facilius hac ratione unumquodque negotium cognoſcatur, & ut hæc inſpectio prævaleat omnibus aliis probationibus, qualeſcunque demum ſint. Ea propter & quando apud JureConſultos proponitur quoddam genus præſumptionis, quod vocant Juris & de Jure, contra quam nulla admittatur probatio in contrarium: neutiquam tamen excipitur evidentia facti & ocularis inſpectio, der Augenſchein bricht allen Beweißthumb. Hinc igitur mirum non eſt, illos peritiores aliis, qui in acie ſteterint ipſi, & non poſt principia, qui ipſi coràm omnia viderint & experti fuerint: uſque eò, ut & teſtis neceſſe habeat deponere de ſenſu externo, & per eum ſuum teſtimonium confirmare, ſi modò pro legali teſte reputari debeat.

Huc quoque exercitium illud connumerabitur, de quo paulo ante meminimus, cuius intuitu *Senec.* de provid. ita ſcribit.

Miſerum te eſſe iudico, qui nunquam fuiſti miſer: traxiſti ſine adverſario vitam, nemo ſcit quid poteris, ne tu quidem ipſe.

Nimirum exercitium illud eſt, cuius beneficio non tantùm augetur, quod quis diligentia acquiſiverit, ſed & retinetur: ut nõ male huc tranſportari queat illud *Poeta.*

Non

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Et de hoc exercitio meminit *Plin.* lib. 8. Epist. quando ait.

Difficile est tueri, quæ acceperis, nisi exerceas.

Cuius generis etiam illud *Manilii* est lib. 1. Astronom.

Per varios usus artem experientia fecit.

Artes pariat solertia, nutriat usus, inquit *Claud.* lib. 3. raptûs.

Et si verum est, quod *experimentis optime creditur*, prout verum est, teste *Plin.* lib. 14. Natural. Histor. cap. 5. Certè verissimum erit illud Poët. *Mant.* Eclog. 8. quando meminit.

Sapere cordari medicamine fortius omni.

Ex cuius testimonio patet, quod si quis diligens & sese exerceat, nullo opus habeat medicamento, nulla memoria artificiali aut locali, uti hodiernis temporibus multi hac in re laborant cum distractione sensuum: aut etiam corporis & cerebri detrimento & periculo.

PRO SEXTÒ huc connumerandum erit, UT QUIS SAPERE DISCAT ALTERIUS DAMNO. Quò facit illud,

Quod nec perinde diiudicari potest, quod optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse quod factum est.

Ut loquitur *Tacit*.lib.8.Et vulgatum est illud *Cic*.lib.7.Epist. ex Lucil.

Serò sapiunt Phryges.

Cui convenit, quod scribit *Livius* decad. 3.lib.2.

Eventus stultorum Magister.

Verum hæc de eventu negotii proprii: sed secundum *Mimum*.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Unde *Plin*. lib. 14. Natural. Histor. cap. 23. sic scribit.

Optimum est, (ut vulgò dixêre,) aliena insania frui.

Et consentit *Plaut*. in milite gloriosi. quando ait.

Vetus id dictum est: feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit.

Unde versiculus ille.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Et *Liv*. decad. 3. ita scribit.

Quæstus ex alieno errore facilis est.

Differentia igitur hæc est inter prudentiæ studiosum & stolidum: quòd hic omnia suo periculo experiri velit: illum verò & vestigia terrere solent.

PRO SEPTIMO ELIGENDI SUNT PRÆCEPTORES seniores & experti. Unde *Cic*. de senect. ait.

Mens ratio & consilium in senibus: Et

Teme-

Temeritas florentis ætatis prudentia senectutis.

Ut ibidem per *Cic.* ut vel hinc verissimum appareat esse illud, quod suggerit *Mant.* Eclog. 9. ubi loquitur.

Utile doctrinis præbere senilibus aures.

Nam *Cicer.* lib. 1. de Divinat. teste.

Adfert vetustas omnibus in rebus longinquâ observatione incredibilem scientiam.

Sed & hîc quædam cautela observanda erit.

Nam *Virg.* Eclog. 8. teste.

Non omnia possumus omnes.

Et *Liv.* decad. 3. sic scribit.

Non omnia eidem Dii dedere.

Quibus consonat illud *Horat.* 1. Epist. quando ait:

Non cuivis homini cōtigit adire Corinthum.

Quare oportet, ut non tam senes sint præceptores, quam & exercitati. Unde recte Ovid. 5. Metamorph. sic scribit.

——— *Non omnia grandior ætas*
Quæ fugiamus habet, seris venit usus ab annis.

Quod si enim ipsi exercitati non fuerint, aliis prodesse non poterunt senectute sua: Unde iterum colligetur, quid sentiendum de iunioribus, prætendentibus quotidianum exercitium. Cum enim usus à seris annis veniat præceptores

res illi sæpius docent non cum periculo suo, sed discentium.

Quatenus igitur eligendi sunt docti præitores & experti; econtrario vulgi non erit habenda ratio: de quo *Cic.* 1. Offic.

Sunt quidam homines non re, sed nomine.

Et idem pro Planc. sic scribit:

Non est consilium in vulgo, non ratio.

Et iterum lib. 1. de Offic. ita habetur.

Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus.

Quid enim turpius, quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere?

Ut idem *Cic.* testatur lib. 2. de Finib.

Nimirum eligendi sunt præceptores, quorum cum doctrinâ etiam vita concordet: & qui suo ipsornm exemplo doceant. Nam *Colum.* lib. 10. teste.

Nihil recte sine exemplo docetur aut discitur.

Cui astipulatur *Senec.* Epist. 6. quando ait.

Longum iter per præcepta, breve & efficax per exempla.

Et tales eligendi sunt, de quibus non possit verificari illud ex Fragment. libror. de leg.

Qui docent tantùm nec faciunt ipsi, præceptis suis detrahunt pondus.

Et *Senec.* sic scribit.

Ali-

Aliter vivunt, quàm vivendum esse præcipiunt.

Et ne verificetur illud *Cic.* lib. 2. Tuscul. ad M. Brutum quando ait,

Quotus quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat, qui disciplinam suam non ostentationem scientiæ sed legem vitæ putet, quique obtemperet ipse sibi & decretis suis pareat?

Nam & verissimum est, quod ibidem *Cicero* memorat, ubi ait.

Philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior, quod in officio, cuius Magister esse vult, labitur, artemque vitæ professus delinquit in vita.

Hæcque hactenus ita generaliter dicta & proposita sint de modo acquirendi prudentiam, quatenus in doctrina consistit. Quod si iam iterum paucis lubeat videre, quid observandum sit IN EXERCENDA PRUDENTIA iam acquisitâ, obiter percurramus. Et quidem ante omnia in hoc exercitio NECESSARIA EST COGNITIO. Unde *Cic.* 4. Tuscul. sic loquitur.

Quid est tam futile, quàm quicquam approbare non cognitum?

Et in eandem ferè sententiam scribit *Senec.* Epist. 9. ubi ait.

Temeritas est damnare, quod nescias.

Cognitio rerum & circumstantiarum necessaria est: quam & JureConsulti in sua Facul-

Facultate magni faciunt, usque eò, ut cognitionem tum demum causarum intervenisse autument, quando præcessit citatio partium: auditæ fuerint querelæ, defensiones & exceptiones: dati fuerint termini ad faciendas probationes competentes: & demum cum intervallo temporis lata fuerit sententia. Nam si è vestigio sententia feratur, mancam ipsam præsumunt, iuxta illud *Livii* decad. 3. lib. 2. ubi scribit.

Festinatio improvida est & cæca.

Et concordat *Mimus* quando ait:

Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.

Deliberare utilia, mora est tutissima.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.

Et *Cornel. Tacit.* lib. 18. scribit, quòd

Scelera impetu, bona consilia mora convalescunt.

Et in effectu huc respicit *Liv.* decad. 3. lib. 10. quando ait.

Magni discriminis consiliis nihil tam inimicum, quam celeritas.

Nam quemadmodùm *Cic.* lib. 12. Epist. ad Attic. scribit.

Impetrat ratio, quod dies impetratura est.

Ita contra per *eundem* lib. 7. Epist.

Dies stultis quoque mederi solet.

Nul-

Nullaque res maius tempore robur habet.

Teste *Ovid.* lib. 4. de Pont.

Sed et insuper sine affectibus iudicandum erit, cum affectus iudicium sapientis perturbent. Affectus autem varii sunt, ut distractio cogitationum. Unde illud *Iuv.* Satyr. 9.

Pectora nostra duas non admittentia curas!

Cui simile est illud!

Pluribus intetus minor est ad singula sensus:

Quod non tantùm in felicitate contingit, sed & in miseriis maximè, ut non abs re scribat *Ovid.* lib. de pont.

Crede mihi miseros prudentia prima relinquit,

Et sensus cum re consiliùmque fugit.

Quod & *Mimus* exprimit his verbis:

Et deest & superat miseris cogitatio.

Simile quoq; affectus exemplum est in altercationibus: Nam teste *Mimo*

Nimiùm altercando veritas amittitur.

Huc & amor refertur, de quo *Mimus* ita:

Amare & sapere vix Deo conceditur.

Idem in pavore: quò refertur illud *Cic.* de Orat. quod ex *Ennio* recitat, quando scribit:

Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

Quod expertus est *Virgilius*, quando cõformavit versum suum ad affectus pavoris, quem ita memorat: *Ferte*

Ferte citi flammas, date tela, scandite

Hîc enim pavorem, ex quo & ani
lingua hæsit, ita expressit, ut vel pau
qui intelligant artificium versus, ni
que experti sint similia. Retinenda
vox est (*scandite*) pro qua alii malè
(*ascendite*:) Satis enim poetæ est, in
rebus, etiam cum aliquo neglectu
rum, quatenus in genere vel Græcism
aliâ ratione defendi poterit scansio.
igitur est tardior, constans meris bisy
cis vocibus, utpote cùm & pavor t
faciat: diversum est in initio carmin
gilii, quod ita habet.

*Obstupui steteruntque comæ, & vox fa
hæsit.*

Finis tamen participat de effectu
ris: ideoque & in fine paulò durior
videtur. Sed quid, (inquis) an non
nus 2. Heroid. ita scribit?

*Omne quod audebis, vellem, prius om
meres.*

Nimirum ita est, quo maiori cant
tamur & quò prudentiores simus. Na

Qui nimis est audax, sæpe infeliciter

Teste *Eoban*. Idyl. 7.

Neque etiam contemnendus est
parvus, neque scintilla parva, quæ in
mento temporis excrescere potest in
gnum ignem? qui sensus est Eobani q

do timorem ſuadet & optat. Quocirca & prudens exuet omnes affectus, & regulabit ſe iuxta illud *IureConſult.*

Quod quisq; Iuris in alio ſtatuerit, eo ipſe utatur.

Quam æquam regulam plenius perſequi noſtri non eſt inſtituti, ſed ſuffecerit illud meminiſſe, quòd hactenus prudentes ab inſipientibus dignoſci poſſint. Nam

Proprium ſtultitiæ eſt aliorum vitia cernere, obliviſci ſuorum.

Uti loquitur *Cicero* lib. 3. Tuſc. ad M. Brut. Unde & *Horat.* de art. Poet. ita ſcribit.

Cum tua pervideas oculis male lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Quò & ſpectat illud *Catulli* ad Cornel. nepot.

Sed non videmus manticæ, quod in tergo eſt.

Cum quo concordat illud, quod ſcribit *Senec.* lib. 2. de ira, quando ait.

Aliena in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt.

Cuiuſmodi & illud *Terent.* eſt in Heauton. quando ſcribit.

Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium.
——*Aliena melius ut videant & iudicent.*

Quàm

Quàm sua.

TERTIUM ET REQUIRITUR AD EXERCITIUM PRUDENTIÆ, quò minus quis facile credat. Nam

Nervos atque artus sapientiæ esse non temere credere.

Scribit *Cicero* de petit. consulat. Quò & facit illud *Paling.* lib. 3. quando ait.

Qui facilis credit, facilis quoque fallitur idem.

Et in effectu consentit *Mant.* Eclog. 7. quando ait.

Qui leviter spondet promisso eludit inani.

Hæc facilitas credendi ex affectibus proficisci solet, ubi quis adulatoribus nimium indulget, aut aliâs sibi imaginatur quid. De qua re *Senec.* de virtut. ita loquitur.

Non acerba, sed blanda timebis verba.

Nam teste *eodem* libr. 4. de Natural. quæst.

Qui parce adulatur, pro maligno est.

Similiter monet *Cic.* lib. 1. de Offic. ubi notat.

Non assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est.

Quocirca bene suadet *Senec.* dicto lib. de virtut. quando scribit.

Nec te moveat dicentis autoritas, nec quis, sed quid dicat, intendito,

Eadem

Eadem ratione removendæ sunt suspicio & coniecturæ, de quibus *Senec.* lib. 2. de ira scribit.

Suspicio & coniectura fallacissima irritamenta.

Quod & ipsum ex eo descendit, si affectibus nimiùm indulserimus. Nam

Hoc habet omnis affectus, ut, in quod ipse insanit, in idem putet cæteros insanire.

Teste *Senec.* de morib. Cui non contrariatur illud *Cæsaris* lib. 2. de bel. civil. quando scribit.

Nam quæ volumus & credimus libenter, & quæ sentimus ipsi, reliquos sentire speramus.

Sed & PRO QUARTÒ REQUIRITUR, ut quis non omnia agat de sua ipsius sententia. Nam

In suo negotio quisque hebetior est, quàm in altero.

Uti testatur *Curt.* lib. 8. Quò & facit illud *Chrysost.* super Matth.

Homo in causa alterius tranquillum habet cor, in sua autem turbatur.

Quocirca & rectè scribit *Liv.* decad. 4. quando ait.

Eum qui de sua unius sententiâ omnia gerat, superbum iudico magis quàm sapientem.

Et referri posset illud *Terent.* in Heauton. dextrè intellectum, de quo paulò antè: similiter quod & in acquirenda

pru-

prudentia præceptores senes ac
sint, de qua re suprà.

Ad prudentiam PRO QUIN
QUIRITUR, ut quis spectet circ
tias, & expectet occasionem, eam
latam non patiatur inaniter præte
pote cum iuxta *Caton.*

Fronte capillata est, post hæc occasio

Et facit *Liv.* decad. 4. quando sc

Nec sæpe, nec diu, eadem occasio erit

Quò & spectavit *Plaut.* in Most
do scribit.

*Bene consultum negotium surripi
sime.*

Et *Liv.* dict. loc. hac intentio
bit.

Quid vesper vehat, incertum est.

Similiter & circumstantiæ PRO
CONSIDERANDÆ SUNT, respectu
personarum, cum quibus quis co
tur. Nam

Aliter cum alio agendum.

Uti testatur *Senec.* de consulat a
tiam.

Et teste eodem *Senec.* lib. 1. de Cle

*Nullum animal morosius est, nullum
arte tractandum, quàm homo.*

Varia enim sunt ingenia uti expe
præceptores, qui Juventuti præfe
Hîc enim iuxta *Horat.*

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Quo & facit illud *Plaut.* in Amphi. quando scribit.
Non omnibus eadem atque omnibus sua- v..a.
Et consentit *Horat.* 1. Epist. quando ait.
Non omnes eadem mirantur amantque.
Cuiusmodi etiam est illud *Propert.* lib. 3.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus a- ta.
Quemadmodùm in simili iuxta *Liv.* dec. 4. lib. 4.
Nulla lex satis commoda est omnibus.
Quocirca alium quis se gerere necesse habet, quando conversatur cum peritiori: quare *Plaut.* in Eped. ubi ait.
Nam strenuiori deterior si prædicat
Suas pugnas de illius ore fiunt sordidæ.
Et concordat illud *Plaut.* in Casi.
Plus scire satius est,
Quàm loqui servum hominem, ea sapientia

Ut indicet, aliter agendum cum domino ..., quàm cum alio. Nam & duo si faciunt unum, hoc respectu non sunt unum, prudentia nimirum exulante. Alium itidem oportet ut quis se præstet erga felices, ... m erga miseros. Nam
Omnibus nobis ut res dant se se, ita magni &

 humi-

humiles sumus iuxta Terent. in Hecyr. Contrà verò suspiciosi sunt miseri. Uti testatur idem Terent. in Adelph. quando scribit.

Omnes quibus res sunt minus secundæ, magi sunt, nescio quomodo.

Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis.

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

Et in hanc sententiam scribit etiam *Plaut.* in captiv. quando ait.

Et miserorum, ut malevolentes sint, atque invideant bonis:

Quocirca & hîc distinguendæ sunt personæ, quibus cum quis conversatur.

Similiter & discrimen adhibendum inter bonos & malos, ubi iuxta *Plaut.* illud in primis videtur observandum, quòd, si quis deceptus ab aliquo, ei suggerat aliquam excusationem is in continenti eam ambabus manibus amplecti soleat pro excusatione sui: cum contrà, innocens; reiicere soleat illam oblatam excusatiunculam. Falleret tamen hoc in hisce, qui simpliciores fuerint, & ita confusi, quò minus arripere valeant illam oblatam excusationem. Unde iuxta *Plaut.* quoque in Bacch.

Versipellem frugi convenit esse hominem, p

Et

ctus cui sapit: Bonus sit bonis, malus malis, utcunque res sit, ira animum habeat.

Eadem ratione circumstantiæ considerandæ sunt, de quibus *Senec.* lib. 2. de ira ita scribit.

Potentiorum iniuria hilari vultu, non patienter tantùm ferendæ sunt.

Nam ut *Plautus* loquitur in Cas.

Stultitia est, te esse tristem ei, cuius potestas plus potest.

Et in genere verum est, quod scribit *Cic.* lib. 3. de nat. Deor. quando ait.

Miserum est nihil proficientem angi.

Quocirca & *necessaria est venia, ubi totus desævit exercitus.*

Uti scribit *Senec.* dicto lib. 2. de ira. Cui simile est, quod *ibidem* notatur, & ita sonat.

Tollit iram sapientis turba peccantium.

Et huc spectat illud *Cicer.* 4. Epist. Famil. ubi ita ait.

Tempori cedere, hoc est, necessitati parere, semper sapientis est habitum.

Multò magis circumstantiæ sunt considerandæ quo ad id, utrùm res possibilis sit necne? Nam

Quæ res in se neque consilium neque modum

Habet ullum, eam consilio regere non potes.

Ut loquitur *Terent.* in Eunuch.

Unde consequenter de futuris coniectura nihil certi definiri potest, quemadmodùm supra meminimus: ut nec abs re scribat *Phavorin.* libr. 14. contra Astrologos, quando inquit.

Tollitur quod maximum inter Deos & homines differt, si homines quoque res omnes post futuras pranoscerent.

Imò verò omnium verissimum est illud *Cic.* quando ita scribit lib. 2. de divinat.

Ignoratio futurorum malorum utilior est quàm scientia.

PRO SEPTIMO CONSULERE ET PRODESSE EST PRUDENTIS, iuxta illud *Auson.* Poët.

Quid prudentis opus? cum possit, nolle nocere.

Quid stulti proprium? non posse & velle nocere.

Nam ut *Senec.* loquitur Epist. 105.

Nulli non ad nocendum satis virium est:

Ut & hoc intuitu *Mimus* dicat.

Inimicum quemvis humilem, docti est metuere.

DENIQUE ET MATURÈ OMNIA SUNT TENTANDA ET DILIGENTIA ADHIBENDA. Nam

Bene consultum negotium surripitur sæpissimè.

Ut *Plautus* loquitur in Mostel.

Et in tempore malis est occurrendum: de qua re *Ovid.* lib. 1. de remed. Amor. quando scribit.

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Cui simile est illud, quod scribit *Lucret.* lib. 4. quando ait.

Sæpè solet scintilla suos se spargere in ignes.

Et hactenus verum est quod scribit *Senec.* in Thyest. quando ait.

Serùm cavendi tempus in mediis malis.

Cui consonat illud *Liv.* decad. 3. lib. 7. ubi scribit.

Serum post malè gestam rem auxilium.

Hæc quoad ea, quæ simpliciter mala sunt: quoad alia enim, prout loquitur *Tacit.* lib. 8.

Nec perinde diiudicari potest, quod optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse quod factum est.

Quo respectu *Plaut.* in captiv. ita scribit.

Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Cum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

Atque hactenus verum est quod scribit *Liv.* lib. 10. quando ait.

Præterita magis reprehendi possunt, quàm corrigi.

Unde prudentis est, non tam illud, quod ante pedes sit, sed & consequentia præsentium considerare ubi rebus licitis & honestis operam dederit. Quod si tamen eventus aliter ceciderit, patienter feret: cum eventus in Dei sit manu.

DE DEFINITIONE PRUdentiæ Iuris.

PRudentia Juris à Jureconsult. ita describitur.

Prudentia Iuris est divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia, ut probatur per §. 1. de just. & jur. Hæc definitio duplex genus habet, quod mirantur plerique. Ad rem respiciamus, cui & ipsa Logica inservire necesse habet. Prius genus explicat ius publicum. Posterius verò jus privatum exponit. Quo fine Imperat. in suis Institut. eodem tit. subiicit verba: *Huius studii duæ sunt positiones, jus publicum & privatum*. Illud, quod definiverat, iam explicat plenius & distribuit: ad quam distributionem attendendum erit propter utilitatem inde promanantem. Multum enim inter se differunt illa duo jura, hactenus ut nonnunquam sibi invicem contrarientur: quo tempore jus inferius & privatum dicitur cedere juri superiori & publico: prout in simili in jure sacro secunda

tabu-

tabula cedit primæ. Hanc differentiam si diligenter consideraverimus, ad multa dubia respondere poterimus, quæ in jure occurrunt. Nam inter alia hinc est, quòd, si occurrat casus definiendus, qui de jure publico sit, non debeat determinari ex jure privato, sed potius ex jure publico, procedendo de similibus ad similia, iuxta Justin. informationem. Res exemplis fiet illustrior.

Quando quæritur, utrùm IUDEX IUDICARE DEBEAT SECUNDÙM CONSCIENTIAM SUAM VEL SECUNDUM ACTA & probationes? In continenti deprehendimus, incidere hanc quæstionem, satis aliâs controversam, in jus publicum. Administratio enim justitiæ, quæ per Magistratũ fit, ad *jus publicum* connumeratur, quod *in sacris & magistratibus consistit*, ut testatur Ulpian. in leg. I. de just. & jur. Quapropter & hanc propositam quæstionem ex jure publico definiemus. Jus illud ita habet, quòd *inprimis considerare debeat iudex, ne aliter iudicet, quàm constitutionib. aut legibus vel etiam moribus comprehensum sit* per princ. de Offic. judic. Lex hæc prohibitiva est & in eo fundatur, quòd cum tres personæ in iudicio cõcurrant, nimirum judex, actor & reus, neutiq̃ admittere debeamus, ut hę tres personę confundãtur, quas lex à se invicẽ distingui velit. Unde

iudex faciet ea, quæ iudicis ſunt, dirimendo videlicet controverſiam inter partes litigantes pendentem. Et ſi fortaſſe cancellos ſuos tranſgreſſus fuerit, nimium in partes rei vel actoris inclinando, ſuſpectus redditur, & litem facit ſuam, & parti læſæ tenetur ad damnum & intereſſe. Quatenus igitur iudex iudicabit ſecundùm leges, & ſecundùm probationes factas, quæ opponantur conſcientiæ, alterum ſequetur, quòd pro legibus, pro probationibus & actis iudicare debeat contra ſuam conſcientiam. Dura hæc videtur locutio, ſed ex interpretatione Juris publici aliter ſe habere non poteſt. Sunt, qui diſtinguant, quòd iudex iudicare debeat pro actis & probationibus, ſed ita, ne lædat conſcientiam. Nulla eſt hæc diſtinctio, neque id in quæſtione eſt, an concurrant conſcientia & acta, ſed potiùs acta opponuntur conſcientiæ in caſu præſuppoſito. Sed in effectu eò videntur collimare, quaſi ſecundùm conſcienriam iudicandum ſit: id quod falſum eſt. Judex enim perſonam publicam ſuſtinet: unde ei ex ſua privata conſcientia nihil adducere licet. Sunt viciſſim alii, qui diſcernant inter conſcientiam iudicis privatam, & eam quam habeat ut iudex. Definitio hæc per ſe vera eſt: Sed in quæſtione verſatur privata conſcientia,

cum

cum illa conſcientia, quam habet ut iudex, ad acta & ad leges referri poſſe videatur. Simpliciter igitur in quæſtione eſt, an præteritâ & negglectâ ſuâ conſcientiâ iudex poſſit vel debeat iudicare ſecundùm acta & actitata? Id quod affirmatur: ſic mitiùs proponendo deciſionem, ut iudex præciſe teneatur iudicare ſecundùm leges, atque vi illarum, ſecundùm probationes. Hoc præſuppoſito, ſi iam caſus occurrat, ubi inter ſe adverſentur probationes & conſcientia, quatenus neceſſariò iudicandum ſecundùm probationes, alterum conſequens efficietur quòd iudicandum ſit contra conſcientiam. Atque ita Sichardus Jureconſult. celeberrimus teſtatur deciſam hanc quæſtionem fuiſſe per Theologos. Verum iam alia quæſtio eſt, an iudex ſimpliciter cogatur iudicare contra conſcientiam, an verò reſpectivè & conditionaliter? Puto nullam eſſe legem illam, quæ iubeat ſimpliciter iudicare contra conſcientiam. Etſi enim Juris publici maxima ſit autoritas, ea tamen non eſt, quæ poſſit tollere Jus naturæ. Imò verò quæ contra pietatem ſunt, contra bonos mores, nec à Jure publico fieri poſſunt unquã, prout Jure conſulti hoc latiùs deducunt. Neque id propoſitum eſt, an iudex ſimpliciter & abſolute cogatur iudicare contra conſcien-

tiam, cùm potiùs contrarium appareat ex illa ipsa oppositione & relatione, quæ instituitur inter acta & conscientiam. Concludimus ergò tantùm conditionaliter & respectivè iudicē cogi iudicare contra conscientiā, quatenus videl. iudicare velit. Hęc conditionalis expositio & definitio non quidem est ex lege expressa, aut ex litera legis, sed est ex interpretatione: quæ etsi magnæ sit autoritatis, ut comparari legi posse videatur, ea tamen non est, quæ astringat iudicem, ut necessariò & præcisè iudicet; cùm surgere possit vicesque suas vel alii demandare vel etiam negotium ad superiorem deferre, quatenus sic in eventu res videatur incidere in casum, de quo Cato scribit:

Iudicis officium sub iniqua lege rogato.

Nimirum in accommodatione juris hîc occurrit quidam scrupulus, qui per superiorem dirimi poterit facile. Hæc igitur est est præeminentia juris publici, ut & præponatur propriæ conscientiæ, sub conditione, quatenus quis omnino expedire velit partes suas iudicis: ut vel ideò non abs re rectè docuerint Joachimus Mynsingerus & alii ad §. final. instit. de just. & jur. quòd *jus publicum non sit collectum ex naturalibus præceptis aut gentium institutis.* Si enim collectum esset ex gentium institutis, aut

ex præceptis naturalibus nullo modo hisce contravenire posset, ut fieret quatenus iudex debet iudicare contra conscientiam.

Distinguo tamen, quòd etsi directò jus publicum non possit contraire juri naturali, per consequentiam tamen possit, ubi in casu proposito elucet. Jus hoc publicum per interpretationem eò usque extenditur, ut sub suprà adducta considetatione & quatenus propter jus publicum nonnunquam privata persona præteritur, non iniquè dixerit *Cicer.* libr. 1. de Offic.

Difficile est, cùm præstare omnibus cupieris, servare æquitatem, quæ est iustitiæ maxime propria.

Cuiusmodi etiam est illud *Claud.* de 4. consul. Honorii quando ait:

——— *Tunc omnia iure tenebis*

Cum poteris rex esse tui?

Quæ tamen quatenus interdum à privatis in consequentiam trahuntur, quæ aliâs propria sunt juris publici, & quæ propter salutem Reipub. introducta sunt, multa contra jus publicum etiam à philosophis scripta sunt. Verùm hæc omnia accidentiæ imputanda, & non geminæ juris publici interpretationi. Hæcq; de illa quæstione, an iudex cogatur iudicare secundùm

leges, vel an possit secundùm conscie
ferre sententiàm, ex consideration
publici.

Aliud Juris publici exemplùm est
quæstione Juris feudalis, utrùm V
LUS DOMINUM SUUM OBSTR
SIT IUVARE CONTRA PATRE
FILIUM? Id quod exprimitur in
feudorum in capit. 1. tit. hic finitur
hac quæstione quidam reperiuntur
durum esse putant dimicare cōtra p
à quo quis secundùm Deum vitam h
usque eò ut & adtexus emendatione
cedant, & expungant vocem (*patrem*
rum etsi non inficiamur durum esse
men Juri publico hanc duritiem abs
dam offerimus. Ita enim comparat
Jus publicum, ad quod feuda spect
servitia militaria, maximè verò, *κα*
χην considerata, ut iuri naturali d
sub quadam conditione: ut paulò an
minimus, scilicet per consequentian
ipsum igitur & hoc casu obtinebit
Vasallus domino suo supetias mi
mittere cogitur etiam contra pro
patrem. Et quid mirum hæc de Jure
ita definita esse respectu Juris public
& in Jure civili similia reperiantur.
verò eadem, ubi *filius potest interim*

trem, qui venerit ad delendam patriam, uti apud *Cic.* 3. Officior. & apud Jureconsult. in l.35. de religios. Quod si igitur ita intuemur ius publicum, quæstio illa non adeò difficilis videtur, etiam si multi fuerint, qui disputando & perorando eius difficultatem explicuerint. Et quidem multi præ oculis habuerunt iuramentum illud, quo obstrictus sit Vasallus domino: cùm contra parenti non sit obstrictus Juramento, etsi iure naturæ devinctus sit. Verùm hi nodum non tangunt. Nam nec iuramentum privati valebit contra ea, quæ Juris naturalis sunt, nec extra considerationem Juris publici eiusmodi promissio stringeret. Unde concludo, quòd ex mera contemplatione Juris publici quis teneatur adiuvare dominum suum adversus patrem, filium, fratrem &c. per supra allegatum textum.

Apud Jureconsultos simile exemplum Juris publici proponitur in LEG. 12. QUI ET À QUIBUS MANUMITTERE. NON LIC. UBI ADULTERA PROPTER CRIMEN ADULTERII, (QUOD PUBLICI JURIS EST) PROHIBETUR MANUMITTERE SERVOS SUOS. Lex hæc est, quæ ex interpretatione Juris publici eò extenditur, ut & manumitti videantur prohibiti servi, qui ruri fuerunt tum temporis, quando adulterium fuit commissum: id quod Jureconsulto in dicta lege 12. *durum*

videtur ratione naturalis æquitatis,q
manumissionibus versatur.

Et durum quidem est, quæ tamen
ties nõ curatur, si collatio instituatu
jure publico, quod hactenus prævale
litati privatæ & favori privato.
iusmodi voces quotidianæ sunt,
wird mir kein Mensch vnrech
ben etc. Et ita quidem esse potest, si
privati absolutè consideratur per sese
rum secus postmodùm esse deprehen
ubi causa privati, eiusque favor con
cum iure publico, eiusque interpreta
Hîc multa cadunt præter spem pri
rum. Quæ ita videtur esse ratio su
legati textus, quem & Ulricus Zasius
rationem habere scribit, sed eam n
plicat. Multa eiuscemodi adduci p
ex consideratione juris publici prȩva
juri privato.

Aliud quoque exemplum habem
vulgata illa & satis disputabili quæst
NUM ÆQUITAS SIT PRÆFERENDA
STRICTO? Est quidem ita, quod *Ter*
Cicer. jus strictum vocitent summam
riam.

Nimirum sæpe numero ita est. N
strictum illud propriè est, quod venit
terpretatione legis sive interpretati
per restrictionem, sive per extensi

pro subiecta materia. Sæpe enim videtur æquitas aliud suadere, quam interpretatio juris explicat. Unde & hæc quæstio orta est. Verùm sine distinctione non potest expediri proposita quæstio.

Ante omnia autem pro quodam præcognito habetur, quòd leges æstimādæ sint ex potestate & autoritate legislatoris publica. Privatæ enim non habetur ratio æquitatis, quò minùs videlicet jus publicum cum jure privato confundatur, à quo tamen plurimùm differt. Æquitas igitur ex legibus æstimanda est, & non ex proprio cerebro privatorum. Hoc præmisso iam constabit, scriptam esse illam æquitatem, de qua loquimur. Nam omne jus, quo utimur, scriptum est vel non scriptum, seu consuetudo. Iam autem æquitas consuetudo non est. Unde consequenter videtur referri debere ad jus scriptum, non tam propter hoc, quàm & quia jus scriptum potior pars est. Iam autem à principaliori solet fieri denominatio. Æquitatem (inquam) consideramus tanquam jus.

Jus autem omne publicum est, quod non nascitur in museo privati hominis.

Quod si enim hoc, nec opus esset legibus: cùm & philosophorum moralia præcepta

cepta pro legibus sufficere possent. Q
nus igitur æquitas illa quoque di
quæ hominis privati est, eatenus
henditur quædam extensio termini &
siva significatio. Iam præsupposita
æquitate iterum distinguendum est
Jus publicum & privatum. Nam & l
mne Jus sit publicum respectu suæ a
tatis, cuius intuitu etiam discrimin
moralibus doctrinis philosophoru
non necessitant: nihilominus tam
huc alio respectu Jus dicitur publ
quod versatur in sacris, magistratib
Præmissa igitur & hac explicatione
hi videtur dubium expediendum, u
tas Juris privati prævaleat Iuri stricto
teria Iuris privati: & vicissim æquita
publici videbitur prævalere Iuri stricto e
suo genere: quanquam hoc non transea
dubio; Quo tamen misso, (cùm non
pro ratione instituti expediri possi
libello,) illud reassumemus, quòd æ
juris privati prævaleat stricto juri
genere juris. Id quod nihil aliud e
re, quàm quod interpretatio, quæ
rem æquitatem in sese contineat, p
debeat interpretationi illi, quæ tan
quitatem præ se non ferat. Præsu
mus in priori casu duplicem esse rati
& fortiùs urgere jus naturale, quam

su posteriori: ubi Stephanus de Fridericis suadet, quòd jus illud continens duplicem rationem præferendum sit alii juri, ex generalibus, quod *duplex vinculum plus ligat quam unum*. Ideoque cum tam in stricto jure quàm in æquitate generaliter loquẽdo, habeamus legislatoris mandatum, satius est, ut in dubio æquiorem sententiam anteponamus, per textum in leg. 8. cod. de iudic. Verùm quatenus iam jus publicum eiusque interpretatio considerabitur cum æquitate hac, longe inferior est æquitas, quàm quæ militare possit contra jus publicum: sed interim silere cogitur. Atque hactenus exposita est ex contemplatione juris publici, utrùm indefinitè æquitas debeat præferri juri stricto nec ne?

Proponamus adhuc aliam quæstionem, UTRUM VERBA jactatoria & ENUNCIATIVA (Wenn sich einer viel berühmet/ vnd dasselbige schlechtlich erwehnet/) OBLIGENT? Quantum ad ius privatum attinet, propemodùm in negantium sententiam descendendum erit. Nam certi modi sunt contrahendarũ obligationum, inter quos non referuntur verba enunciativa. Quod si tamen spectaverimus favorem juris publici, aliud dici potest de verbis enunciativis, quàm in jure privato. Hîc enim obligare possunt, quemadmodùm

dum testatur Bartholus de Saxo Ferrato lib. 1. consil. 123. Et hoc procedit etiam fortiter in piis causis, ubi verba enunciativa obligare possunt, uti non ita pridem contigit casus cuiusdam Ottonis nomine qui per verba enunciativa pauperibus 200. delegasse dictus est.

Ex præcedentibus & ex diversitate juris publici & privati iam faciliùs responderi potest ad illam quæstionem juris, UTRÙM PRINCEPS SIT SOLUTUS LEGIBUS? Movetur hæc quæstio ab interpretibus juris in lege 31. de leg. Et affirmativa sententia ab aliquibus proponitur. Nam interpretationi juris hoc indulgendum est, ut dicamus principem esse solutum legibus. Verùm hic altera oritur lis, quibus solutus sit? Sunt qui textum in dict. leg. 31. intelligunt de legibus pœnariis. Sed Rubrica generalis mihi videtur repugnare. Salvâ cuiuscunque melius sentientis sententiâ ita de hac re infero ex præcedentibus, quod cum jus publicum tantæ sit autoritatis, ut omne jus privatum removeat, & ut etiam per consequentiam his derogare possit, quæ sunt juris naturalis, consequenter etiam princeps, qui tanquam loquens jus publicum sit videatur solutus omnibus legibus, civilibus quidem directò: naturalibus verò, non nisi ratione illius conse-

quen-

quentiæ, de qua memoravimus. Nam si jus publicum est superius jure privato, quid ni & ille superior esset jure privato, qui quasi præest juri publico?

Insuper si iam occurrit quæstio definienda de HOMICIDIO, QUOD COMMISSUM EST IN FINIBUS DUORUM TERRITORIORUM, CUIUS VIDELICET SIT INQUIRERE ET VINDICARE DELICTUM, SI CERTÒ NON CONSTAT IN CUIUS TERRITORIO SIT ADMISSUM ILLUD HOMICIDIUM? Hæc quæstio quatenus incidit in jus publicum, ex interpretatione juris privati nullatenus poterit derivari. Ideoque male sentiunt, qui hac in parte putant inspiciendum locum, ubi fortassè maior reperiatur cruoris effusi portio: ibi enim arbitrantur vulnus lethale illatum esse. Sententia hæc fundata est super suspicione, quæ in jure publico non recipitur. Fieri enim potest, ut non lethale vulnus edat plus sanguinis, quam lethale: ut taceam plures fallentias huius opinionis. Alii vicissim sunt, qui arbitrantur eius magistratus esse inquirere de cæde, in cuius territorio pedibus reperiatur occisus: ex illo fundamento quòd, sive pronus sive retrò quis cadit, semper pedes in

illo

illo loco remorentur, ubi commissa
des, vel ubi acceptum sit vulnus. Sec
& hoc fallere potest multis modis, nu
nus definiri debebit ardua illa juris p
quæstio ex huiusmodi coniecturis p
juris. Nam quæ publici juris sunt,
tum ad interpretandi rationem at
publicè quoque constare debent. Id
non fieret per modò adductas coniec
Ea propter communiter doctores eò
nare cœperunt in hoc dubio, ut om
illis coniecturis reiectis quęstio hęc
minetur ex simili quodam juris pu
Cuiusmodi cùm reperiant in *leg.* 44.
ligios & sumpt. fun. ubi caput hominis f
cum religiosum, putaverunt commode
posse, quòd & caput faciat locum ju
ctioni & mero imperio: atque hacte
ius esse inquirere de homicidio, in
territorio reperiatur caput occisi. Q
nus enim jus publicum & sacrum it
nia sunt, ut & in suprà adducta defini
jurisprudentiæ sub uno eodemque g
contineantur, satius est, ut à simili ju
cri procedamus, quàm ad coniecturas
privati confugiamus.

Ad eundem modum supra attig
publicam considerationem versari i
vitiis militaribus, & feudis, atque hac
teneri Vasallum iuvare dominum adv

patrum & filium. Eâ in re si ulteriùs progrediamur ád quæstionem usitatissimam, AN FŒMINA À SUCCESSIONE FEUDI SEMEL EXCLUSA SEMPER CENSEATUR EXCLUSA? magis erit, ut communem amplectamur sententiam affirmativam, iuxta capit. un. tit. Episc. vel Abat. Nam quoniam in feudis publica ratio versatur, propter quam excludantur fœminæ à feudorum successione, dato iam, quòd per pactum locus fiat fœminæ in successione feudi, ita tamen pactum restringetur, ut publicæ illi considerationi quàm minimum deroget. Et sic ex contemplatione juris communis & publici verissima erit illa communis assertio: cui etsi quidam opponant æquitatem ex parte fœminæ, facilè tamen coniicere dabitur, quod illa ęquitas qualiscunque neutiquam detrahere valeat juri communi & publico, nisi expressa declaratio probetur. Nam dubium non est, si conferamus ius publicum ex natura feudorum, atquę ita ex una parte: & deinde ex parte fœminæ jus privatum, quin juri communi & publico plenior deferatur interpretatio, quam pacto militanti pro fœmina. Largiamur igitur ex abundanti, quod æquitas militet ex parte fœminæ, attamen æquitatis illius in collatione cum iure publico nulla habebitur ratio,

ut

ut supra in simili quoque proposit
Hæc iterum paulò fusiùs, quam s
mus: quæ tamen ipsa ad huc ple
discussionem requirerent.

Verùm eò redibo, unde factus est
sus, & quatenus in definitione pri
juris suprà allata res divinæ & h
coniunguntur, ea inter illas differ
lucet, quod non omnes res humar
piantur, sed illæ potissimùm, q
quandam excellentiam tales sunt
modi sunt respublica. Nam si inter
ctivas minor præsumitur distantia:
minor præsumetur distantia quo a
lam copulativam: Et sic illæ res h
intelligentur, quæ à divinis minus
Hinc illa decisio de homicidio, u
antè. Hinc ab Ecclesia ad fiscum
versâ: inferimus: ex hac affinitat
que privilegia aucta fuerint fisco &
siæ & piis causis. Quin imò huc
merari possent privilegia studiosor
ex publico favore & respectu juri
pleniùs privilegiati sunt & per inte
tionem pluribus potiuntur priv
Nam hactenus impensæ illæ, qu
sunt in studia liberis indubio non
huntur: nisi fortè tanta sit evide
parte adversâ, quò minùs huic inte
tioni juris publici locus dari queat.

nec conferuntur eiusmodi sumptus in studia facti, nisi constet de voluntate patris: quoniam (ut suprà meminimus,) etiam verba enunciativa in favorabilibus obligant. Quid ni igitur ratione studiorum plenior admitteretur interpretatio ea, quæ in favorem studiorum cederet?

DE DEFINITIONE Fortitudinis.

F*Ortitudo* à *Cic.* de invent. dicitur.

Considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio.

Vel ut idem *Cicero* meminit in Tuscul. quæst. quando ait. Quod

Fortitudo sit animi affectio, in adeundo periculo & in labore ac dolore patiendo.

Vel ut idem *Cic.* de offic. scribit.

Fortitudo est dolorum laborumque contemptio.

Ex quibus constat de natura fortitudinis, & quomodo prudentia cum fortitudine concurrat, sic ut illa prior sit, hæc posterior: illa generalior hęc specialior. Interim tamen cum prudentia aliæ virtutes coniungi debebunt, iuxta illud *ex frag. lib. de leg.* ubi dicitur.

Bonos facere oportet potius, quàm inclusos in angulis facienda præcipere.

Propter hanc affinitatem, quæ est ex antiqua consideratione ordinis inter

pru-

prudentiam & fortitudinem adinventa est illa assimilatio & comparatio, quæ est inter ARMATAM ET TOGATAM (ut loquuntur) MILITIAM de Juri civili Hinc enim pleraque privilegia, quæ competunt militibus armatis, extenduntur etiam ad togatos milites, exceptis forsan hisce quæ respiciunt milites armatos vel togatos, tanquam tales: ut si quæratur, AN PRIVILEGIUM TESTAMENTI MILITARIS EXTENDATUR AD MILITES TOGATOS? negativa sententia verior est, quæ nobis proponitur in §. final. institut. de testament. milit. Quoad cætera privilegia ita instituta est comparatio, ut quemadmodùm bella ad jus publicum referuntur, ita & studia: Et quatenus Jureconsulti colunt justitiam, non iniquè fortitudo à *Cic.* lib. 1. de Offic. dicitur.

Virtus pugnans pro æquitate.

Quod si igitur quæstio sit, UTER PRÆFERRI DEBEAT TOGATUS VEL ARMATUS MILES, subiecta materia considerabitur, ut in negotiis bellicis, armati præferantur: in literarum liberalium actibus præferentur milites togati, ut sic unicuique in hisce, quæ sunt de facultate sua, sua quoque tribuatur prærogativa. In æquiparatione militum togatorum & armatorum lubeat audire unum adhuc vel alterum exemplum.

Et quidem hinc est, quòd, quemadmodùm illi milites præferuntur aliis, qui diutiùs sese exercuerint, welche viel ehrliche Paßporten vffzuweisen haben: ita & ii milites togati præferantur, qui in suæ militiæ genere se diutiùs exercuerint. Similiter, quemadmodùm militibus armatis à magistratu suæ stationes & diversoria designantur: ita quoque togatis militibus & studiosis sua designantur conclavia à magistratu in eventum defectus; in tantum ut & cives cogantur suscipere studiosos & pro ipsis ædificare musea. Porro, quemadmodùm milites armati congrediuntur armis suis: ita & milites togati suis utentur armis, & non aliis, usque eò, ut si quis provocatus fuerit, litem jure derimere necesse habeat, non verò gladio materiali. Quoad hoc enim differunt milites armati & togati. Sed vicissim quemadmodùm militi armato dedecori est, si ab alio suæ conditionis & status provocatus se absconderet & comparere non vellet, Weñ er jhm nicht vor die Faust kommen / vnd sich seiner entwehren wolte / in locis videlicet, ubi milites agunt: ita & dedecori futurum esset militi togato, sese non defendere adversus provocantem ejusdem conditionis & status hominem: Verùm & quatenus tyroni non reputaretur magno honori, si

cùm exercitatiſſimo belli duc
congredi niteretur: ita & de mil
gatis videri poſſet. Quæ tamen,
ſunt plura militum togatorum
ſunt, ex ſcriptis Jureconſultoru
poſſunt, qui ex profeſſo hac de re
FORTITUDINE autem multa CON
DA SUNT, & in primis, QUÒ MI
CILÈ ET TEMERÈ PERICULA S
MUS, iisve nos immiſceamus, ſen
Virgilii cogitantes:

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimi

Cui conſonat illud *Silii Ital.* lib.
quando ſcribit:

——— *Pax optima rerum*

Quas homini noviſſe datum eſt, pa
umphis.

Innumeris melior.

Id quod ſuadent etiam Jureco
milites togati, ut videlicet ante c
cordia tentetur inter partes litig
uſquam ad litigandum procedatu
cunque ratione id fieri poſſit, uti
conſuli poteſt Juſtus Damholderi
xi ſua in principio. Cum enim liti
ſit dubius, prout omnia dubia ſun
ore alterius ſunt poſita: conſulti
quis eligat id, quod certius ſit futu
dem igitur ratione, & cum veriſſ
illud, quod ſcribit *Cic.* lib. 6. Epiſt.

bi inquit *omnis belli Mars communis est, cum semper incerti exitus præliorum sint.*

Magis est, ut quis tentet aliquam concordiam per tertios cum hoste suo. Et quidem hoc tantò magis, quãdo maius periculum versatur in bellis. Quod si 11. concordia tentanda erit in re privati hominis, & ubi privati commodum vel incommodum versatur: multò magis tentanda erit reconciliatio in hisce, ubi reipub. salus seu cõmodum vel incommodum versatur, nam experientia docet veritatem illius dicti quod proponit *Saluſt* lib. 1. de bel. Jugarth. quãdo ait.

Concordia res parvæ crescunt: discordia verò res magnæ dilabuntur.

PRO II. ATTENDENDA ERIT JUSTITIA CAUSÆ QUO AD FORTITUDINEM, quæ ex eo etiam sequi potest, si quis prius tentaverit concordiam cum inimico & hoste suo. Hactenus enim meliorem quis conscientiam habet, ubi necessitate adigitur ad suscipiẽdum bellum, de quo casu verum erit, quod scribit *Senec.* lib. 1. de benefic. quando ait:

Necessitas tollit arbitrium.

Cui consonat illud *Q. Curtii* lib. 9. quando scribit:

Efficacior in adversis necessitas, quàm ratio.

Et de conscientia scribit *Senec.* dict. lib. 2. ubi ait:

Conscientia emanebit in vultu.

Cui simile est in effectu illud *Ovid.* lib. 2 Metam. quando scribit:

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu?

Et quantus testis sit conscientia, ubique explicant philosophi: de qua & *Cic.* lib. 6. Epist. Famil. quando scribit.

Conscientia rectæ voluntatis, maxima consolatio rerum incommodarum, nec ullum magnum malum præter culpam.

Et lib. 13. ad Attic. scribit idem *Cicer.* his verbis.

Nihil magis curandum atque hoc: in omni vita sua quemque à recta conscientia transversum unguem non oportere discedere.

Nam at testante *Cic.* lib. 3. de Nat. Deor. *Grave ipsius conscientiæ pondus.*

Idque illi inprimis considerabunt patroni causarum, qui hisce inserviunt, qui contra legitimum magistratum litem movent, ut videlicet ante omnia suadeant & tentent concordiam, & non nisi in extrema necessitate prorumpant ad litigandum; quippe cùm ex litibus oriantur infinita mala, de pauperatio litigantium, perturbatio sensuum, negligentia rerum domesticarum & disciplinæ familiæ, & tandem consequenter alia graviora, quæ subticuisse malim quam recensere: de quibus

Just. Damholder. supra allegato loco plenius discurrit. De hac Justitia causæ scribit *Propert.* lib. 4. quando ait.

Frangit & attollit vires in milite causa:

Cui convenit illud *Claud.* quando scribit.

Omnia subsident meliori pervia causa.

Et concordat illud *Lucan.* lib. 7. Pharsal. quando inquit.

Causa iubet melior supros sperare secundos.

Et in effectu convenit illud Poëtæ *Val. Flac.* lib. 2. quando scribit.

——— Stabilem quando optima facta
Dant animum, maiorque piis audacia cœptis.

Quocirca & quando dux bellicus volebat hosti suo movere bellum, tentanti concordiam omnibus viribus, ubi rescivit inimicum se præparare ad preces erga Deum, motus in conscientia sua, destitit à proposito, & se passus est reconciliari hoste suo. Nam necessitas solùm consideranda est in bellis, non æquè utilitas. Discordia autem malum est admodùm familiare, ut non iniquè scripserit *Liv.* decad. 3. lib. 10. quando inquit:

Nulla magna civitas diu quiescere potest, si foris hostem non habet, domi invenit.

Quare & Civilia bella in primis compescenda erunt de quibus multa scripserunt Philosophi nostri (& in primis Cic.) qui

omnes deteſtanturCivilium bell
tus & incommoda. Nam debeba
cem iuvare, iuxta illud

Vtque alios alii de relligione doceret
Contiguas pietas iuſſit habere

Verùm in bellis longe ſecus c
ubi non pietas ſed impietas ſcri
domos vicinas. Quantùm ad re
tinet, verum eſt illud, quod ſcrib
rent. Var. lib. 1. de vit. pop. Rom.
ait:

Diſtractione civium elangueſcit b
prium civitatis, atque ægrotare incipi
ſeneſcere:

Et ut uno verbo loquar, *omnia m*
in bellis civilibus.

SED ET PRO III. REQUIRITUR
GENERE VIRTUTIS VIGILANTIA E
LITAS: de qua ſcribit *Sil. Ital.* lib. 11.
ait.

Turpe duci totam ſomno conſumer
O Rector Lybiæ, vigili ſtant bella

Nam teſte *Mant.* lib. 1. Troph *e*
Semper in adverſis maior vigilanti

Et quando cum precibus manu
vetur, verificatur illud de quo *Ovi*
Metamorph, ubi ita ſcribit.

Audentes Deus ipſe iuvat.

Et hæc vigilantia uſque adeò ne
eſt, ut & quatenus negligentia co

quis ab hoste minori vinci sæpe queat. Nam *Mimus* inquit.

Inimicũ, quamvis humilẽ, docti est metuere.

Nam prout loquitur *Senec.* Epist. 105.

Nulli non ad nocendum satis est virium.

Et hac consideratione verum est illud, quod scribit *Ovid.* lib. 2. de Remed. amor.

A cane non magno sæpe tenetur aper.

Satius autem est ex insidiis pugnare, (quatenus *Mars aliàs communis est*) iuxta illud *Veget.* lib 2. de re milit. ubi inquit:

Boni duces non aperto prælio, in quo est commune periculum, sed ex oculto semper attentant, ut integris suis, quantùm possint, hostes interimant certè, vel terreant.

Verum quoque est illud, quod refert *Gell.* lib. 13. noct. Attic. cap. 8 *ex Pacuvio Tragic.* quando ait.

Ego odi homines ignavâ operâ & philosophâ sententiâ.

Cum quo concordat illud, *ex frag. de legib. Cic.*

Quòd bonos facere oporteat potiùs, quàm inclusos in angulis præcipere.

Et quod diligentia sit necessaria, ex eo patet, quò *Horat.* scribit lib. 1. serm.

—— Nihil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

DILIGENTIAM AUTEM ET VIGILANTIAM, UT HOC PRO IV. RECENSEAMUS NE-

CESSITAS PROMOVET ET EXERCET: de qua *Cic.* lib. 3. de leg. sic scribit.

Necessitudo etiam timidos fortes facit.

Cui consonat *Curt.* lib. 5. quando ait.

Ignaviam necessitas acuit, & saepe desperatio causa est spei.

Et in eandem sententiam scribit *Furian.* (prout ipsum citat *Aul. Gell.* lib. 18. Noct. Attic) quando inquit.

Increscunt animi, virescit vulnere virtus.

Ad eundem modum *Sil. Ital.* lib. 1. Punic. notat, his verbis.

Et fractis rebus violentior ultima virtus.

Quod & expressum est his verbis.

Quondam etiam victis venit in praecordia virtus.

Et sic notat *Virgil.* lib. 2. Aeneid.

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Nam gravissimi sunt morsus irritatae necessitatis.

Prout loquitur *Port. Latro* in Orat. contra Catilin.

Unde & *Ovid.* in Epist. his verbis scribit.

Vtilis interdum est ipsis iniuria passis.

Quocirca *Iuvenal.* Satyr. 7. ita scribit, consulens.

Curandum inprimis, ne magna iniuria fiat.
Fortibus & miseris.

Et *Ovid.* 10. Metamorph. ita scribit:

——— *In audaces non est audacia tuta.*

Sed

Sed contra verissimum omnium est, quod scribit *Mim.* quando ait.

Heu quam timendus est, qui mori tutum putat.

Hac igitur in re versatur discretio diligentis & vigilantis ducis bellici, & ut bene attendat illud *Cic.* quod *ex incerto autore* refert in Orat. pro Planc. quando ait.

Vigilandum est semper, multæ insidiæ bonis.

Et considerabit fortis circumstantias ejus personæ, cum qua rem habet: quibus consideratis, ubi adhuc necessitas restabit, exacuitur vigilantia, necesse est.

JUVAT QUOQUE PRO V. VIGILANTIAM ILLAM HONESTAS quæ in hac re versatur. Nam *Mant.* lib. 2. Sylv. ita scribit.

Et, nisi certanti, nulla corona datur.

Similiter & *Terent.* in Eunuch. ita loquitur:

Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile.

Et quatenus verum est, quod nihil à fortitudine alienius sit, quam fugere, benè *Cic.* 3. Philip. ita loquitur.

Turpis fuga mortis omni est morte peior.

Et idem *Cic.* 3. de leg. ita meminit: quod *Vi opprimi in bona causa melius est, quam malè cedere.*

PRO VI. VIGILANTIAM ET FORTITU-

TITUDINEM IUVAT IRA: de
vid.lib.1. Amor. ita ſcribit.

Quaslibet infirmas adiuvat ira ma

Et ſimile eſt illud, quod ſcribit C
1.Epigram. quando ait.

Et ſua formicas ira iuvare ſolet.

Nam ut ſcribit *Cic.* 4. Tuſcul.

Iracundia cos fortitudinis.

Nam & licet interdum apud in
tiores ira ſit ſine effectu, uti *Liv.* in d
cad.1.lib 1.quando ait.

Vana eſt ſine viribus ira.

Nihilominus tamen in ſuo ge
ſemper operatur, iuxta illud *Iuvena*
1.quando ait.

Si natura negat, facit indignatio ver

Et *Sil.Ital.* lib.10.Punic.ita ſcribi

—— *Dolor verba aſpera dictat.*

Sed hac in re diſcrimen eſt, an q
ram impendat rei licitæ vel illicitæ
tantùm caſu ira ſuum præſtet offic
etiamſi modum exceſſerit, adhuc
faciliùs mereatur excuſationem. U
incidit quæſtio, AN SI QUIS DEFEN
SESE LEGITIMUM DEFENSIONIS
EXCEDENS, PUNIENDUS SIT? Et q
defenſio unicuique permittitur,
lud Poëtæ.

Armaque in armatos ſumere, iura

Communis eſt ſententia, quòd

quis in defensione transgressus sit modetamen inculpatæ tutelæ, nihilomagis tamen puniendus veniat pœna ordinaria sicariorum: quippe cum defendens operam rei licitæ navet, ubi eventus non solet imputari: cum aliâs in rebus illicitis ferè secus sit. De ira illa possunt coniungi, quæ infra apponentur sub temperantia de mansuetudine.

ATTENDENDUM ETIAM, QUÒD FORTUNA MULTÙM FACIAT ad fortitudinem, iuxta illud *Cæsar.* lib. 6. de bell. Gall. quando ait.

Multùm cum omnibus in rebus, tum in re militari fortuna potest.

Sed verum vicissim, quod scribit *Cic.* lib. 2. Tuscul. quando ait.

Fortes non modò fortuna adiuvat, (ut est in veteri proverbio,) sed multò magis ratio.

INTERIM FORTITUDINEM PRO VII. IUVAT, SI QUIS COGITAVERIT IN ANGUSTIIS SUIS, SIBI ALIQUANDO MORIENDUM. Nam sic scribit *Horat.* lib. 1. Carm.

Omnes una manet nox,
Et calcanda semel via lethi.

Cui simile est illud *Senec.* quod scribit pro consolat. Martiæ, his verbis.

Fixus est cuiq; terminus, manebit ubi positus est,

est, nec illum ulteriùs diligentia aut gratia promovebit.

Et consonat illud *Lucan.* lib. 8. Pharsal. quando ait.

——— *Mors ultima pœna est*
Non metuenda viris.

Et idem *Luc.* lib. 7. scribit,

Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Mixturus.

Cui iterum quoque astipulatur *Sil. Ital.* lib. 3. Pun. quando scribit:

Et pace & bello cunctis stat terminus ævi,
Extremumque dies primus tulit.

Et idem *Sil. Ital.* lib. 13. ita notat.

——— *Nulli divûm mutabile fatum.*

Quod si enim fortis considerat, se rei honestæ in casu necessitatis operam dare, & vicissim considerat vitam suam in Dei manibus positam, cui.

Nihil certius, quàm mors, etsi nihil incertius quam hora mortis:

Et quatenus teste *Cic.* lib. 1. Tuscul. ad M. Brut.

Vndique ad inferos tantundem via est.

Quod & hisce verbis imitatus est *Senec.* in lib. de remed. fortuit.

Vndecunque ad inferos una via est.

Et quatenus simul meminerimus illius, de quo *Cicer.* libr. 2. de Fin. quod nobis

non

non nati ſimus, ubi ſcribit in hæc verba.

Vt ad Archytam ſcripſit Plato, non ſibi ſoli ſe natum meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis, ut per exigua pars ipſi relinquatur:

Fieri nullatenus poteſt, quin ita firmetur animus, quo minus vacillet fortitudinis habitus. Nam aliàs, teſte *Mantuan.* lib. 5. Sylv.

——— Si triſtitia ferre
Non potes, humanis opus eſt diſcedere rebus.

Et licet natura ita comparata ſit, ut ſibi timeat, iuxta illud *Senec. Trag.* in Troad. quando ait.

Magnifica verba mors propè admota excutit.

Aſſuefactio tamen multùm ad rem facit, ubi teſte *Liv.*

Is demum vir eſt, cuius animum nec proſpera flatu ſuo, nec adverſa infringent.

Uti per eum decad. 4. lib. 5. Cui conſonat illud *Auſon.* quando ait.

Si fortuna iuvat, caveto tolli.
Si fortuna nocet, caveto mergi.

Et

Qui animum vincunt, quàm quos animus, ſemper ſunt probiores.

Uti per *Plaut.* in trinum:

Et *Horat.* lib. 2. Carm. ita ſcribit.

Rebus anguſtis animoſus atque
Fortis appare, ſapienter idem

Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Ex his colligimus pro concl
quòd illi, qui in exercitio fortitud
nobilitatis nati sint, fortiores & al
ferendi videantur. Nam

Fortes creantur fortibus & bonis.
Est & iuvencis, & in equis patrum
virtus nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ Columbam.

Teste *Horat.* lib. 4. Carm. Cu
nec. Epist. 30. consentit, quand
bit:

——— *Ad semen nata respondent.*

Et *Propert.* lib. 3. ita scribit.

Natura sequitur semina quisque sua.

Nam &

Metuunt vulnera, qui exiguum san
se habere noverunt: Et *ruralis atq*
cta multitudo exposita est ad cœdem.

Teste *Veget.* lib. 1. de re milit. C
sonat illud quod *Virgil.* lib. 4. Æneid.
sit hisce verbis

——— *Degeneres animos timor arg*

Quæ verba similiter apud *Ausc*
riuntur.

Et *Veget.* lib. tert. de re milit. i
bit:

Imperitorum vel ignavorum est vociferari de longè.

Cui concordat *Curt.* de gest. Alexand. lib. 6. quando ait.

Canis timidus vehementiùs latrat, quàm mordet.

Quatenus enim fortium & heroum proles ex prima juventute à parentibus educatur in exercitiis fortitudinis, fieri nullo modo potest, quin quasi cum lacte imbibat fortitudinem, & parentum vestigiis insistere satagat. Nam & cùm in qualibet re quædam sit promptitudo & agilitas, per quam quis possit obtinere illud, & quidem facilius, quod alii non valeant impetrare, etiamsi duplo maiorem impendant diligentiam, ut & hoc intuitu verè dixerit *Titinnius Comic.* quando ait.

Sapientiâ gubernator navem torquet, non valentia:

Consequens utique, quòd qui à primis cunabulis exercitati & imbuti fuerint, aliis longe sint promptiores, qui seriùs ad illud exercitium pervenerint.

Quocirca Juris est, ut nobilium filii præ aliis ad dignitates promoveantur, quatenus habiliores esse præsumuntur; quatenus tamen tales sint dignitates, in quibus verosimiliter nobiliores sese exer-

cere soleant. Nam aliâs contrà.
autem hac in re non tantùm publ
tas, quatenus habiliores & docti
per promovendi sunt, præ inhab
& indoctioribus, in tantum ut &
ter peccare dicatur is, qui promove
gniorem, quatenus adsit dignior
ut præmia & commoda iis vicissim
rantur, quorum parentes & famili
cta fuit multis periculis & incomm
& hoc intuitu nobiles nati antep
videantur hisce, qui creati sint non
dem.

Sed & hac in re vicissim different
solet, quatenus videlicet nobilioru
re ipsa id prǣstent, quod parentes ips
& quatenus parentum vestigiis insi
Nam huc referri potest illud, quod
Iuv. Satyr. 7. quando ait.

Tota licet veteres exornent undique ce
Atria, nobilitas sola est atque unica vi

Quod si enim contra illam præsum
nem, quæ militat pro filiis nobilium
sese præstent tales, ut publicè constet
virtutibus parentum deflectere: cùm
men iactitent familiam suam: hisce *Iu*
Satyr. 8. obiicit hæc verba.

——— *Miserum est alienæ incumbere fa*
Ne collapsa ruant subductis tecta columns
Et idem *Iuvenal.* ibidem sic scribit.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.

Virtus enim est, quæ hominem commendat & quæ sola homini propria dici potest. Quantum ad alias præeminentias & honores, & si ad posteros per consequentiam deriventur: tales tamen sunt, quas posteri sibi ipsis, tanquam ipsis, neutiquam possint vindicare: uti patet per ea, quæ suprà dicta sunt, quando de prudentia actum est.

Sed & quemadmodùm cum interpretatione memoratâ nobilium filii aliis sunt præferendi: ita & iterum illorum filii præferendi sunt aliis, quoad dignitates & honores, quorum parentes ipsi aliquando gradum assumpserint, atque ita in musarum & Justitiæ castris militaverint atque ita postmodum studium suum ad Reipub. Ecclesiæque salutem contulerint. Quòd & adeò verùm esse credunt, ut nec huiusmodi filii pro inscriptione & relatione nominis ad album studiosorum quicquam solvere teneantur: id quod tum dubietate caret omni, quando in illo ipso loco parentes vixerint, utpote cum hactenus quasi sine inscriptione inter studiosos connumerentur.

Quem-

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

In hoc autem genere virtutis humani generis conditio consideranda venit. Cum enim omnium malorum procellis subiecta sit vita nostra, ut non iniquè dixerit Poëta.

——— Si tristitia ferre
Non potes humanis opus est discere rebus.

Et hactenus verum est, quod scribit *Cic.* lib. 5. Tuscul. *ex Eurip* quando inquit.

Mortalis nemo est quem non attingat dolor.

Cui consonat illud *Senec.* de brevitate vitæ, quando scribit.

Nulla domus in orbe terrarum aut est, aut fuit sine aliqua comploratione.

Facile nos eos consolari poterimus in quantum possibile est & quantum patitur hæc natura corrupta: quò & respicit *Cic.* lib. 6. Epist. quando scribit:

Levat dolorem communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio.

Quò & facit illud, quod scribit *Senec.* de consolat. ad Martiam, ubi ait.

Nullam miseram nominabis domum, quæ non inveniat in miseriore solatium.

Et hactenus huc referri in genere posset illud.

Solamen miseris pœnarum habuisse sodales.

Quæ consideratio PRO PRIMO viam sternit ad patientiam.

PRO

PRO II. PRÆPARATORIUM ALIQUOD PATIENTIÆ ILLUD EST, quod scribit *Cic.* 3. Tusc. ad M. Brutum, quando ait:

Multum potest prævisio animi & præparatio ad imminuendum dolorem; sint semper omnia homini humana mediata.

Idcircò sequemur consilium *Senecæ* lib. de brev. vit. quando scribit.

In procinctu stet animus, & id quod necesse est, nunquam timeat: quod incertum est, semper expectet.

Cui in effectu *Cic.* concordat, quando lib. 5. Epist. hæc verba notavit.

Homines vos esse meminerimus eâ lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra.

Quare consulente *Curt.* lib. 8.

Si homo es, id quod es, semper esse te cogita.

Et quemadmodùm *Seneca* lib. 3. de nat. quæst. scribit.

In secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat: alterna sunt vices rerum.

Ex his postmodùm sequitur, quod scribit *Iuvenal. Aquin.* Satyr.13. quando ait.

——— Dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ.
Nec iactare suum vitâ didicere Magistrâ.

Nam prout scribit *Liv.* decad. 4. lib. 5.

Is demum vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo, nec adversa infringent.

Imò

est, nec illum ulterius diligentia aut gra
movebit.

Et consonat illud *Lucan.* lib. 8. P
quando ait.

——— *Mors ultima pœna est*
Non metuenda viris.

Et idem *Luc.*lib. 7. scribit,

Communis mundo superest rogus, o
stra
Mixturus.

Cui iterum quoque astipulatur S
lib.3. Pun. quando scribit:

Et pace & bello cunctus stat terminus
Extremumque dies primus tulit.

Et idem *Sil.Ital.* lib.13, ita notat.

——— *Nulli divûm mutabile fatum*

Quod si enim fortis considerat, se
nestæ in casu necessitatis operam d
vicissim considerat vitam suam in D
nibus positam, cui.

Nihil certius, quàm mors, etsi nihil i
quam hora mortis:

Et quatenus teste *Cic.* lib.1. Tu
M.Brut.

Vndique ad inferos tantundem via e.

Quod & hisce verbis imitatus e
in lib. de remed. fortuit.

Vndecunque ad inferos una via est.

Et quatenus simul meminerimu
de quo *Cicer.* libr. 2. de Fin. quo

non nati ſimus, ubi ſcribit in hæc verba.

Vt ad Archytam ſcripſit Plato, non ſibi ſoli ſe natum meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis, ut per exigua pars ipſi relinquatur:

Fieri nullatenus poteſt, quin ita firmetur animus, quo minus vacillet fortitudinis habitus. Nam aliàs, teſte *Mantuan.* lib. 5. Sylv.

——— *Si triſtitia ferre*
Non potes, humanis opus eſt diſcedere rebus.

Et licet natura ita comparata ſit, ut ſibi timeat, iuxta illud *Senec. Trag.* in Troad. quando ait.

Magnifica verba mors propè admota excutit.

Aſſuefactio tamen multùm ad rem facit, ubi teſte *Liv.*

Is demum vir eſt, cuius animum nec proſpera flatu ſuo, nec adverſa infringent.

Uti per eum decad. 4. lib. 5. Cui conſonat illud *Auſon.* quando ait.

Si fortuna iuvat, caveto tolli.
Si fortuna nocet, caveto mergi.

Et

Qui animum vincunt, quàm quos animus, ſemper ſunt probiores.

Uti per *Plaut.* in trinum:

Et *Horat.* lib. 2. Carm. ita ſcribit.

Rebus anguſtis animoſus atque
Fortis appare, ſapienter idem

Contrahes vento nimiùm secundo
Turgida vela.

Ex his colligimus pro conc
quòd illi, qui in exercitio fortitud
nobilitatis nati sint, fortiores & a
ferendi videantur. Nam

Fortes creantur fortibus & bonis.
Est & iuvencis, & in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ Columbam.

Teste *Horat.* libr. 4. Carm. Cu
nec. Epist. 30. consentit, quand
bit:

——— *Ad semen nata respondent.*
Et *Propert.* lib. 3. ita scribit.
Natura sequitur semina quisque sua.
Nam &

Metuunt vulnera, qui exiguum san
se habere noverunt: Et *ruralis atqu*
cta multitudo exposita est ad cædem.

Teste *Veget.* lib. 1. de re milit. Cu
sonat illud quod *Virgil.* lib. 4. Æneid. e
sit hisce verbis

——— *Degeneres animos timor argu*
Quæ verba similiter apud *Ausen.*
riuntur.

Et *Veget.* lib. tert. de re milit. ita
bit:

Imperitorum vel ignavorum est vociferari de longè.

Cui concordat *Curt.* de gest. Alexand. lib. 6. quando ait.

Canis timidus vehementiùs latrat, quàm mordet.

Quatenus enim fortium & heroum proles ex prima juventute à parentibus educatur in exercitiis fortitudinis, fieri nullo modo potest, quin quasi cum lacte imbibat fortitudinem, & parentum vestigiis insistere satagat. Nam & cùm in qualibet re quædam sit promptitudo & agilitas, per quam quis possit obtinere illud, & quidem facilius, quod alii non valeant impetrare, etiamsi duplo maiorem impendant diligentiam, ut & hoc intuitu verè dixerit *Titinnius Comic.* quando ait.

Sapientiâ gubernator navem torquet, non valentia:

Consequens utique, quòd qui à primis cunabulis exercitati & imbuti fuerint, aliis longe sint promptiores, qui seriùs ad illud exercitium pervenerint.

Quocirca Juris est, ut nobilium filii præ aliis ad dignitates promoveantur, quatenus habiliores esse præsumuntur; quatenus tamen tales sint dignitates, in quibus verosimiliter nobiliores sese exer-

cere

cere soleant. Nam aliâs contrà. V
autem hac in re non tantùm public
tas, quatenus habiliores & doctior
per promovendi sunt præ inhabili
& indoctioribus, in tantum ut & in
ter peccare dicatur is, qui promoveri
gniorem, quatenus adsit dignior:
ut præmia & commoda iis vicissim
rantur, quorum parentes & familia
cta fuit multis periculis & incommo
& hoc intuitu nobiles nati antepo
videantur hisce, qui creati sint non i
dem.

Sed & hac in re vicissim differenti
solet, quatenus videlicet nobilioru
reipsa id præstent, quod parentes ipso
& quatenus parentum vestigiis insi
Nam huc referri potest illud, quod
Iuv. Satyr. 7. quando ait.

Tota licet veteres exornent undique cer
Atria, nobilitas sola est atque unica vi

Quod si enim contra illam præsum
nem, quæ militat pro filiis nobilium
sese præstent tales, ut publicè constet
virtutibus parentum deflectere: cùm
men iactitent familiam suam: hisce *I*
Satyr. 8. obiicit hæc verba.

——— *Miserum est alienæ incumbere f*
Ne collapsa ruant subductis tecta colum

Et idem *Iuvenal.* ibidem sic scribit.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.

Virtus enim est, quæ hominem commendat & quæ sola homini propria dici potest. Quantum ad alias præeminentias & honores, & si ad posteros per consequentiam deriventur: tales tamen sunt, quas posteri sibi ipsis, tanquam ipsis, neutiquam possint vindicare: uti patet per ea, quæ suprà dicta sunt, quando de prudentia actum est.

Sed & quemadmodùm cum interpretatione memoratâ nobilium filii aliis sunt præferendi: ita & iterum illorum filii præferendi sunt aliis, quoad dignitates & honores, quorum parentes ipsi aliquando gradum assumpserint, atque ita in musarum & Justitiæ castris militaverint atque ita postmodum studium suum ad Reipub. Ecclesiæque salutem contulerint. Quòd & adeò verùm esse credunt, ut nec hujusmodi filii pro inscriptione & relatione nominis ad album studiosorum quicquam solvere teneantur: id quod tum dubietate caret omni, quando in illo ipso loco parentes vixerint, utpote cum hactenus quasi sine inscriptione inter studiosos connumerentur.

Quem-

Quemadmodùm autem militis es[...]
re ea, quæ sunt sui exercitii: ita [...]
togati erunt exercere ea quæ pr[...]
milites togatos spectant. Et quem[...]
dùm teste *Cic.* de leg. Agrar.

Fortissimus quisque vir maximo[...]
suscipiendos putet, ut aliquando in oti[...]
se. Ita & miles togatus maximas l[...]
suscipiendas putet, ut aliquando co[...]
& pax obtineatur. Otium & pax fi[...]
omnium laborum: quem finem, si i[...]
teà poterimus obtinere, satiùs est [...]
re ab omnibus difficultatibus, uti [...]
memoratum est.

Sub fortitudine autem patientiam [...]
prehendimus, prout & Scultet. qu[...]
tudinem in magnanimitatem & pa[...]
am dividit. Sed generaliùs *Cic.* in pa[...]
tiam & fortitudinem sub temperantia [...]
hendit: de qua re infrà, ubi specia[...]
temperantia agemus.

DE GENEROSITATE.

Generositas consistit in suscipien[...]
boribus & malis propulsandis: &[...]
simùm generi tribuitur, uti paulò a[...]
Horat. relatum est cum adducta tam[...]
stinctione. Et quemadmodùm *Cic.*
Offic. scribit.

Ad magnanimum pertinet, neque per[...]

tione animi, neque hominis, neque fortunæ succumbere:

Ita quoque spectat ad generosum, quò minùs perturbetur.

Et licet *Iulius Celsus* de gestis Cæs. lib. 6. scribat in hæc verba.

Nemo est tam fortis, quin novitate rei perturbetur.

Non tamen illud de quavis novitate exaudiendum erit, sed de tali quæ insolens & gravis sit. Ut autem generosos redderent fideles suos, olim magnates contulerunt feuda Vasallis, quos & ideò quidam putant dictos quasi Gesell/ ut pares, cùm fuerint generosi comites domini sui. Sed tamen hæc derivatio minus probanda videtur, cùm potius originem Italicam verbum sapiat, quàm germanicam.

DE PATIENTIA.

Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria & diuturna perpessio.

Uti scribit *Cic* de invent. Quod si enim aut non voluntate seu sponte aut non diu suscipiantur res arduæ, pericula & mala, pro patientia non habebitur, quæ patientia dicitur.

Et patientiam quidem ad fortitudinem refero cum *Martial.* quando scribit:

For-

PRO II. PRÆPARATORIUM ALIQUOD PATIENTIÆ ILLUD EST, quod scribit *Cic.* 3. Tusc. ad M. Brutum, quando ait:

Multum potest prævisio animi & præparatio ad imminuendum dolorem; sint semper omnia homini humana meditata.

Idcircò sequemur consilium *Senecæ* lib. de brev. vit. quando scribit.

In procinctu stet animus, & id quod necesse est, nunquam timeat: quod incertum est, semper expectet.

Cui in effectu *Cic.* concordat, quando lib. 5. Epist. hæc verba notavit.

Homines vos esse meminerimus eâ lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra.

Quare consulente *Curt.* lib. 8.

Si homo es, id quod es, semper esse te cogita.

Et quemadmodùm *Seneca* lib. 3. de nat. quæst. scribit.

In secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat: alterna sunt vices rerum.

Ex his postmodùm sequitur, quod scribit *Iuvenal. Aquin.* Satyr. 13. quando ait.

——— *Dicimus autem*
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ.
Nec iactare iugum vitâ didicere Magistrâ.

Nam prout scribit *Liv.* decad. 4. lib. 5.

Is demum vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo, nec adversa infringent.

Imò

Imò verò hactenus patientia a
lip. II. cum prudentia comparatur
scribit.

Maioris consilii est providere ne q
dat:

Sed animi non minoris fortiter ferr
nerit.

Quod si igitur hanc asuefaction
sideramus deprehendemus ipsi, qu
fallat id, quod scripsit *Valer. Max.* I
verbis.

Aiebat Solon, si in unum locum cu
sua contulissent, futurum, ut propria a
domum, quam ex communi miseriaru
portionem suam ferre mallent.

Sanè si & necessitatem perpen
cum Eoban 3 Heroid. erumpemus,
mus.

Ferre decet patienter onus, quod fer
se est,

Qui iacet invitus, durius ille iac

Et in eundem sensum scribit id
ban. Idyl. 7. quando ait.

Ne doleas, quod fata iubent, quod f
cesse est.

Nam teste *Cic.* 2. Tuscul.

Qui id, quod vitari non potest, metui
vere quietè nullo modo potest.

Et hæc quidem tantò magis, si &
tudinem rerum intuemur, & quò

m

momento mala mutari possint in bona, iuxta illud *Senec.*

——— *Non si male nunc, & olim*
Sic erit.

Cui illud vulgatum simile est.

——— *Post nubila Phœbus.*

Et consonat iterum illud Poëtæ.

Nube solet pulsá clarior ire dies.

Et *Plaut.* in Amph. ita scribit.

Hem ista est virtus, quando usus est, cùm malum fers fortiter :
Fortiter malum qui patitur, idem postea patitur bonum.

Huiusmodi rerum vicissitudines facere possunt, ut in lætis cogitemus de tristibus, nobis in memoriam revocemus felicitatem futuram: maximè verò nec *Plauti* testimonium in milite glorioso est reiiciendum, quando ita scribit.

An boni quid unquam est, quo quisquam uti possit sine omni malo?

Hisce ita prælibatis constabit, quod *teste* Senec. de morib.

Magnarum virium est negligere lædentem.

Et ut idem *Senec.* ibid. scribit.

Si vis beatus esse, cogita hoc primùm, contemnere & contemni.

Et ut ibidem.

Nondum es felix, si te turba non deriserit.

Quo-

Quocirca & *Non. ex Pacuv.* ita scribit.

Patior facile iniuriam, si vacua est à contumelia.

Nam ut *Fabric.* loquitur in manuscriptis.

Contumeliam nec fortis potest, nec ingenuus pati.

Cui & Jura remedium sese defendēdi opposuerunt ! vel etiam in eventum retorquendi, ut si quis & Rhydgans calumniandi libidinem allegaret, & in margine annotaret uti consuevit, quis ipsi diceret sub cōditione repetionis ipsum mentiri. Nihil enim ab homine ingenuo ita alienū esse debet, quam calumniari, maximè verò in hisce casibus, ubi libero Judicio uti potest. Et ut scribit *Cic.* ad Brut.

Vt quisque est vir optimus, ita difficilime alios improbos suspicatur.

Et *Quintil.* dictante declamat. 19.

Bona conscientia incauta simplicitas.

Verum cum *Terent.* in Adelph. loquar.

Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo

Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis.

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

Atque hactenus id, quod facilè credunt & quod ipsi norunt, quantum ad curtam suam

ſuam ſuppellectilem, alios ſentire aut cogitare arbitrantur.

Quibus conſonat illud *Plaut.* in captiv. quando ſcribit.

Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, & invideant bonis.

DE CONSTANTIA.

Conſtantia hic occurrit, cuius meminerunt *Iureconſulti* in §. de Juſt. & Jur. ubi ita notant. *Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas Ius ſuum cuique tribuendi.*

De qua ſpecialiùs infrà, ubi de Juſtitia memorare locus eſt. Illud tantum hîc apponetur, quod *Iuſtitia* dicatur *conſtantia perpetuæ voluntatis*, uti verba definitionis mutavit ad Logicam ſuam *Iacob. Cuiac.* Conſtantia illa eſt, quę perpetuet voluntatem tribuendi unicuique ſuum. A quo enim removetur illa conſtantia, etiam Juſtitia removebitur, & locus erit pœnis, tanquam adverſus eos, qui contra Juſtitiam peccaverint. Vice verſâ, præſuppoſitâ illâ cõſtantiâ voluntatis, fiet, ut, etiamſi effectum pro voto noſtro non aſſequamur, adhuc tamen Juſti reputemur: quò minùs videlicet locus ſit pœnis in eos conſtitutis, qui adverſus Juſtitiam deliquerint, de qua repleniùs per ea, quæ infrà ſuo loco apponentur. Huc autem pertinent illa, quæ in

ore omnium circumferuntur, quod videlicet *multa tententur & tractentur, quæ tamen non perficiantur.* Defectus est vel quòd constantia vacillet, vel quòd effectum suum assequi non possit: quod ipsi constantiæ tum imputari non potest, ut modo dictum.

DE IVSTITIÆ DEfinitione.

Justitia à *Cicer.* de invent. ita definitur:

Iustitia est habitus animi communi utilitate conservata, suam unicuique tribuens dignitatem.

Verùm *Iureconsulti* justitiam definiverunt.

Quod sit *constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.*

De qua *Cassiod.* ita scribit.

Iustitia non novit patrem, non novit matrem, veritatem novit, personam non accipit, Deum imitatur.

Et quidem quantum ad illam definitionem multa est controversia inter Jureconsultos, *utrum de Vniversali vel de particulari Iustitia* accipienda veniat? Nam pro eorum sententia, qui putant definiri justitiam universalem, hoc fundamentum

facit,

facit, quod jus doceat publicum & privatum Jurisprudentia, ars videlicet justitiæ.

Publicum autem jus versatur in distributione præmiorum & pœnarum. Econtrario verò pro illis, qui justitiam particularem definiri asserunt, facit, quòd omnes aliæ definitiones simplices sint, & ad simplicam primamque suam naturam referendæ veniant: quemadmodùm illi norunt explicare latiùs, qui jura ex professo tractant.

Benè tamen in illa definitione adhibetur terminus (*tribuendi*) utpote cum non semper justitia & homo justus finem suum assequatur. Justo enim homini ad justitiam hanc legalem satis est, si habeat constantem & perpetuam voluntatem tribuendi, etiamsi per casum contigerit & præter huiusmodi voluntatem, quò minùs tribuat. Ea propter nec is justitiæ limites transgressus dicetur, qui habens constantem & perpetuam voluntatem alteri jus suum tribuendi, *ne tecto suo proiciens lignum* in loco, ubi homines non soleant ambulare, casu aliquem interemerit.

Similiter nec limites legalis justitiæ transgredi reputabitur, qui, habens constantem & perpetuam voluntatem jus suum cuique tribuendi, *in*

exercitiis nobilibus forte fortunâ alterum interemerit cuiusmodi exemplum in electorali quadam aula contigit in persona nobilis cuiusdam R. qui principi magni nominis causa fuit mortis.

Similiter nec limites justitiæ legalis transgressus proclamabitur, qui habens voluntatem constantem & perpetuam jus suum cuique tribuendi in ædibus suis de nocte rem habuerit cum coniuge alterius, quam alterius esse ignorabat suam esse credens.

Hoc fine Jurisperiti scribunt, quòd *contrahentibus naturaliter se invicem decipere liceat* nimirum quatenus uterque contrahentium magis ex affectione æstimat rem vel pretium suum, & sic in effectu contingit, ut plus recipiat, quàm in rei veritate par fuisset ipsum recipere. Hocque hactenus naturaliter contingit, dum affectus exuberant: præter definitionem præmissam. Et hoc quidem in omnibus generibus obligationum & actionum contingit. Quocirca & in præscriptionibus locum habebit, ubi propter possessionem & bonam fidem elapso tempore lege definito, suam quis possessionem putat esse potiorem. Verùm, an iam illa constans & perpetua voluntas prædicetur de eo, qui,

post-

postquam rem legitimo tempore præscripsit, rescivit rem alienam esse? utrùm (inquam) ille salvâ justitiâ vel potiùs conscientiâ rem præscriptam retinere possit, alterius est disquisitionis? Sunt qui negent rem præscriptam posse retineri salvâ conscientiâ, quatenus supervenerit scientia rei alienæ. Contrà verò alii sunt, qui respicientes ad principium habile, & ubi constans & perpetua fuit voluntas tribuendi illi, ad quem res spectet, suum intra tempus à lege definitum, ipsum ex post facto excusari autumant: haud secus, atque ille immunis est ex post facto, ubi rescivit se proiecto suo ligno hominem interemisse, ut nec teneatur ad ullam pecuniariam pœnam hæredibus præstandam. Quam tamen rem alii adhuc sub distinctione explicant, ut quatenus verus dominus possit ad oculum & evidenter demonstrare ignorantiam suam, ipsi detur restitutio in integrum adversus præscriptionem. Aliâs enim præscribentem in Iure (inquiunt) habere fundatam intentionem suam, propter præsumptionem: cuius vi in negligentia esse censeatur is, qui patiatur rem suam præscribi. De qua tamen re pleniùs discurrere huius non erit loci.

Sed & similiter inquiri posset, an hæres

habeat constantem & perpetuam voluntatem tribuendi legatariis, quod ipsis deberetur, quatenus ipsis denegat *legata sua* ex illo fundamento, quod *testamentum minus sit solenne?* Et sunt qui arbitrantur naturaliter obligari hæredem ad præstanda legata ex testamento minùs solenni.

Nam cum secundùm Jureconsultos jus testamentorum non tam sit Juris Civilis, quàm & juris gentium: quemadmodum id latè probat Tobias Non. de testament. ordinand. consequens illud videtur, quod etsi tollatur vel desit Jus Civile, nihilominùs adhuc restet jus gentium, cuius intuitu hæres ad legata præstanda teneatur, iuxta definitionis suprà positæ tenorem; quæ habet de constanti & perpetua voluntate tribuendi.

Præterea hæreditas parentum de jure liberis debetur: idque non tantùm de jure Civili, sed & de jure gentium. Iam autem quæritur, utrùm pater habeat constantem & perpetuam voluntatem liberis suis tribuendi, quod ipsis debetur, *si in aliquo imperfecto testamento ipsos inæqualiter instituit?* Sane leges permittunt patri inter liberos schedulâ aliquâ exponere suam voluntatem, vel etiam coram duobus te-

stibus.

stibus, ubi & mulier potest esse testis. Verum hæc hactenus, quatenus æqualiter instituerit liberos ut magis illa institutio seu illa voluntas patris habeatur pro confirmatione successionis ab intestato, atque eatenus pleniorem admittat interpretationem: quàm ut accipiatur tanquam aliqua ultima voluntas seu testamentum. Ideòque & negant permissum esse patri quicquam relinquere extraneis, quoniam hi existentibus liberis ab intestato non essent successuri. Quandoquidem igitur hanc voluntatem patris considerant, tanquam successionem ab intestato, eò inclinant, quasi patri non liceat inæqualiter disponere inter liberos in eiusmodi imperfecto testamento; quippe cum nec tribuat liberis, quod ipsis debeatur ad informationem suprà propositæ definitionis.

Addo etiam, quòd quatenus *Iudex iudicaverit secundum acta & probata*, censeatur habere constantem & perpetuam voluntatem tribuendi unicuique jus suum: etiamsi fortè in rei veritate aliter res sese habeat. Nam veritas interdum occultior est, ut non jus, sed probatio deficiat. Quo casu illud habebitur pro veritate, quod maior pars, fortè etiam jus publicum, pro vero habuerint.

Jam autem jus publicum pro veris habet iurata testimonia virorum fide dignorum Unde consequens, quod hæc testimonia pro veritate interim habeantur: & quod iudex iudicando secundùm ea, intelligatur habere constantem & perpetuam voluntatem tribuendi litigatoribus jus suum. Jus (inquam) id est, illud, quod jus tribui velit: ut eatenus adhuc differentia esse videatur inter (tribuere suum) & (tribuere jus suum.)

Hanc utilitatem è medio Jurisprudentiæ tollunt illi, qui pro verbis (constans & perpetua voluntas) legunt (habitus.) Et sin de ipso termino non locus sit pluribus disputandi, ex superioribus tamen & aliis similibus infinitisque exemplis apparet, maiorem esse utilitatem & praxim priorum illorum verborum. Cumque Jurisprudentia sit practica scientia, consequenter ita formandæ & concipiendæ erunt definitiones, quò magis practicabiles & sint, & esse possint. Simile exemplum suprà habuimus in definitione Jurisprudentiæ, quæ duas partes continet, nimirum jus publicum & privatum; quæ duo jura longissimo intervallo interse discrepant: ut & ea consideratione Imperator putârit necessarium in ipsa definitione Jurisprudentiæ hæc duo jura exprimere verbis disertis. Id quod

quod & Ulpianus olim fecit in leg. 1. de Just. & Jur. Ubi artem boni & æqui definit jus seu Jurisprudentiam: nimirum per (bonum) intelligit jus publicũ: per (æquum) jus privatum. Hoc lumen explicationis vicissim extinguunt illi, qui jurisprudentiam artem æqui definiunt, omisso termino (boni.) Verùm ipse Ulpianus hoc facere potuisset, nisi legalior & utilior ille ipse modus fuisset visus. Verba enim, rebus inservire debent, non contrà, ut & hoc intuitu jus à justitia Jureconsultis derivetur, per Logicam derivationem: etsi Grammatici diversum sentiant.

Ex his iam colligi potest, quo tempore & quibus circumstantiis suadentibus in versu insolentiores pedes adhiberi possint, & quandò fugiendi sint? Quales sunt in subsequentibus.

Si fur displiceat Verri, homicida Miloni:
Stant & iun'peri & Castanea hirsuta. Virg.

Cuiusmo ii & illud *Virgilii* est, aliâs scansione utcunque difficile.

Glauco, & Panopea, & Inoo Melicerta,

Similiter *Ennius* scribit.

Insignita ferè sunt millia militum octo

Et *Lucil.*

Nam si quod satis est homini, id satis esse potissit,

Hoc sat erat; nunc cum non est, qui credimus porro,

 Divi-

Divitias ullas animum explere potiisse.

Mitiùs illud est & vulgatiùs, sed tamen eiusdem generis.

Spernitur Orator bonus, horridus miles amatur.

Paulò difficilius est illud *Ennii.*

Doctus, fidelis, suavis homo, iucundus disertus.

Qui versus Ennii si alicui q. transpositus, in ordinem redigendus offeratur, videbitur difficilis, dum non observamus illam antiquitatem quoad elisionem literæ S.

Insolentiores etiam pedes sunt, ut apud *Horat.*

Vehemens, & liquidus puroque simillimus auro.

Sic quoque, quando corripitur syllaba, quæ aliâs producenda erat de natura sua, ut apud *Virg.*

Vna eâdemque viâ sanguis animusque sequuntur.

Et apud eundem.

Obstupui steterūnque coma, & vox faucibus hæsit.

A quo non multum differt illud *Catonis.*

Non eôdem cursu respondent ultima primis.

Cæsuræ quoque suis in locis adhibentur. Unde *Horat.*

Non adiit aptè, nec legit idonea credo.

Et *Ovid.*

Nec quæ præteriit, hora redire potest.

Cæſura caret hoc *Lucil.*

Doctus nobilis atro ſemper rarior ovo eſt.

Et ſi quæ ſunt ſimilia, quæ neceſſitate ſubiectæ materiæ & circumſtantiarum ſuadente in eventum tantùm recipi poſſunt: aliâs verò fugienda ſunt. Aliud namque eſt, ſi quis velit affectus & gravitatem rê exprimere: aliud, ſi verbis. Ibi res loquitur: & propter rei gravitatem *bonus quandoque dormitare poteſt Homerus*: cùm, *pluribus intentus minor ſoleat eſſe ad ſingula ſenſus.* Crediderim tamen illud factum eſſe ab autoribus ex propoſito, & non ex quadam incuria.

Hinc ergo conſtabit, quòd quædam neceſſaria ſint, quædam utilia: quædam viciſſim voluptuaria, ad quæ non deveniendum, ubi magis utilia tractanda forent. Ulteriùs igitur apparebit, quid de ænigmate ſit ſtatuendum, quod quis ita proponeret.

Eſt mulier quædam iuvenis, ultimæ fermè ſenectutis virum habens, ſtans illa coram ſex iuvenibus dicit; duo ſunt fratres patris mei; duo fratres matris; duo filii mei: & omnes ſine unico patre legitimè & iuxta Canonum decreta, Eccleſiaque ſtatuta matrimonialiter geniti.

Sic quoque: *Dicunt duo mulieres de duobus pueris, iſti ſunt filii & nepotes noſtri &*

fratres eorundem, & fratres maritorum nostrorum: Imò uterque est patruus alterius, ac etiam nepos impropriè. Nosque mulieres sumus eorum matres & aviæ, quæque nostrum alterius est nurus atque socrus: mariti nostri sunt filii nostri, & quilibet eorum est vitricus & filiaster seu privignus.

Ad eundem modum ita proponi solet; *Duobus viris ambulantibus occurrunt duæ fœminæ dicentes, ibi veniunt mariti nostri & matrum nostrarum mariti & patres nostri:* Ubi tamen facilis est dissolutio, quod viri duo habuerint duas filias, quas post obitum prædefunctarum uxorum alter alteri in matrimonium collocârit.

Aliud quoque adferri potest in hunc modum. *Monitialis osculabatur iuvenem, quæ reprehensa ab Abbatissa sese excusatura dicit: est mihi proximè attingens, mater eius in utero matris meæ iacuit.*

Præterea & recenseri solet versus, aliâs sibi non benè constans.

Salve nepos frater, dixit filio suo mater:
Verum dicebat, qui scit dissolvere, solvat.

Additur etiam hoc:

Est comes cum duodecim militibus, quorum quatuor erant filii ipsius: quatuor sororii ipsius, reliqui generi: omnesque erant de una matre legitimi nati.

Ad finem subiiciatur: *Vir quidam suscepit*

tres

tres filios ex una eademque fœmina: quorum primus & tertius fuerunt legitimi, sed secundus legitimus non fuit: Solutio est, quod fuerint legitimati, cum medius durante aliquo matrimonio progenitus legitimari non potuerit.

Ex quibus sine difficultate deprehendi potest voluptuaria esse *Anagrammata* & transpositiones literarum, quæ etsi suam habeant utilitatem, utiliorib. tamen præferenda non erunt: ut Johannes Riccius.

Corrige maturo sceleratum tempore factum
Jus sane hinc orci venerit: Ergo cave.

Similiter,

Oppositi errores, inveni fervore creati,
Canis, è cursu liberiore cadunt.

Sic quoque Andreas C.

Entua sacra vides iterum natalia sanus;
Gratulor atque lubens talia mille precor.
Sed sacra sacra geras: si non quoque vincula mitto
Lege quibus, duro iudice, vinctus eris.

Eodem modo D. Wetzl.

Si benè syderei certant ad lumina cœli
Iustitiam plures qui docuere viros:
Sanat in officio certè mandatus ab alto
Multaque Divinus *commoda* Zelus *habet.*

Illud huius generis est,

PETER transpositis literis PRETE: quod Italis est presbyter.

PIERRE Gallis est Petrus: quæ vox Gallica si transponatur, evadet PRIERE, quo Gallis orationem seu preces denotat. Hinc carmen illud

Nomine de vestro, Doctor reverende, poesis
Iam potius amplificũ scribere carmen erat.
Nã generis nomen generosum denotat ortum,
Ingenuum pactum, magnificumq; patrem
Qui gravibus raro succumbat tempore curis,
Sed toleret quicquid sors ferat usque loci.
Scilicet hunc, qui vult in mundo vivere, fortem
Præsentemq; animũ, semper habere decet.
Praterea si quis spectet prænomina Petri,
Inveniet facilis, quæ recitare queat.
Nullus enim nescit, quod sit collatio Petri
Cum petra, ut tradit filius ipse Dei
Transpositis nomen lubeat si forte videre
Literulis, habeas, ô reverende pater.
Nomen & omen habes, mihi quæso nomina dicta?
Presbyter est, Italis teutona verba iuges
Gallica sin forsan potius tibi cognita lingua,
Per Gallas scito nomina Galla preces.

Sic quoque anagramma continetur his verbis,

Auram ille ceu fons à se habet: secum secus.

Ubi nomen *Elisabetha à Merlaw.*

Et Adamus Mangolt continetur hoc versiculo.

Pleraq; damnantur communi crimina sensu
Mittitur ebrietas: Ast ego damno gulam.

Sic diem annum & mensem diversimode quis comprehendere potest uno versu, qualis est.

LUX noVIes, SeD noX bIs qVatVor IMbrIbUs Urget.

In quo comprehenditur annus, dies & mensis nuptiarum Sagittarii cuiusdam.

Alterius generis est illud.

Populus illi prius habet gratiam.

ART NSSHK
ARS ENT

Anno

M. DC. VVIIII: Hisce si addas LX, utilissimas & nocentissimas literas habebis.

Verùm hæc tanquam voluptuaria magis omittamus, in quibus (prætermissis necessariis & utilibus) nonnunquam maior pars hominum delectari solet cum damno suo: quæ & recensuimus obiter, ut facilius ex contrariis iuxta se positis elucescat differentia, quæ inter utilia & voluptuaria versatur. Nam (ut redeam eò unde digressus sum) nulla omnino huius voluptatis habenda est ratio in his,

his, ubi quotidiana utilitas diversum suadet. Et hoc inprimis in illis materiis observari debebit, quæ utilitatis causa tradi solent, cuiusmodi sunt definitiones. Hæ enim non voluptuariæ vel speciosæ saltem esse debent, sed commodæ & utiles & ad ipsam praxin & utilitatem hominum accommodatæ. Quamobrem non adhiberi debent termini vel insolentiores vel obscuriores, etiamsi comptissimi & elegantissimi videantur, prout in simili vidimus de pedibus artis Poëticæ & de aliis quibusdam, quæ obiter adducta fuerunt.

Justitia autem talis est quæ *ubique & quovis tempore coli debet*; ut non immeritò *Cic.* lib. 1. Offic. scribat.

Nullum est tempus, quod Iustitiâ vacare debet:

Unde & *Liv.* lib. 3. decad. 4. ita notat:

Ubique jus, fas, lex potentissima sunt.

Et *Stat.* 5. Sylvarum ita tradit.

——— *Quid enim terraque poloque*
Parendi sine lege manet.

Cui non absimile est illud *Philippi Melanthon.* 1. Epigram. quando ait:

Denique vita hominum tranquilla & honesta manebit,
Servandi leges dum pia cura manet.

Et quidem attestante *Cicer.* lib. 2. Offic.

Tam a

Tanta vis est Iustitiæ, ut etiam latronum opes firmet.

Id quod exemplis Juridicis illustrari posset: quæ tamen pro ratione temporis omittenda videntur. Interim propter naturam Justitiæ latam non abs re *Senec.* in lib. de virtut. ita notat:

Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus.

Et generaliter monet *Virg.* lib. 6. Æneid. hoc versu.

Discite Iustitiam moniti, & non temnere Divos.

Et licet Justitia etiam ex utilitate suam originem repetat; iuxta illud *Horat.* lib. 1. Serm. quando ait.

At ipsa utilitas Iusti propè mater & æqui.

Nihilominus tamen *Cic.* lib. 3. Offic. attestante, si utilitas & honestas sibi invicem contrarientur,

Tanta vis est honesti, ut utilitatem obscuret.

Quod & *Claud.* Poëta in Panegyri 2. de laud. Stillicon. testatur, quando ait:

Iustitia utilibus rectum præponere suadet.

Quocirca etsi Justitia prematur; nunquam tamen opprimi poterit: quod aliàs veritati asscribunt. Unde *Liv.* decad. 3. lib. 2. sic scribit.

A veritate laborare nimis Ius sæpe aiunt, extingui nunquam. Ve-

Verùm in hoc genere virtutis dictante *Quinctil.* lib. 3. cap. 10.

Iniquorum ratio discenda est, ut melius à qua tueamur.

Quo fine jureconsulti cognitionem iniusti adeò necessariam esse putaverunt, ut & eam in §. 2. de just. & jur. inserverint ipsi definitioni jurisprudentiæ.

Deinde & observari debebit generalitas quadam Iuris. & maximè, ut *eo Iure utamur, quod in alium statuerimus,* iuxta edictum prætoris. Unde *Aul. Gellius* lib. 20. noct. Attic. ex *Sexto Cæcil.* ita scribit.

Qua obsecro ita acerbitas est, si idem fiat in te, quod tu ei in alio feceris?

Et *Seneca* lib. 2. de ira sic ait:

Non est iniuria pati, quod prior feceris.

Et non adeò dissimile est, quod idem *Gell.* ex *Cæcil.* refert lib. 7. noct. Attic. cap. 17.

Audies malè si malè dices mihi.

Unde & apud jureconsultos quorundam delictorum compensatio proponitur, quo minùs civiliter agendo de eo quis conqueri possit, in quo genere delicti ipse nocens sit actor. Verùm hoc ad omnia delicta non extenditur. Et si fortaßè quis nolit valere in sese, quod in alio iustum reputaverit, non abs re iniustitiæ accusabitur, cuiusmodi iudicem reiicere solemus. Unde *Plaut.* in Amphi. sic ait.

Iusta

Iusta ab iniustis petere, insipientia est.

Neque hoc solum decet iudicem, ut in sese agnoscat, quod in alium statuerit: sed & alteram aurem integram reservabit reo, ipsique defensiones permittet. Unde rectè *Senec.* in Medea scribit:

Qui statuit aliquid parte inaudit à alterâ,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

Nam non modò ordo judiciarius vult citationem præcedere sententiam: sed & jus naturæ hoc postulat, quò minùs defensiones alicui præcidantur: cui juri naturæ judex derogare non potest. Generalitas autem illa ita respicienda erit, ut licet verum sit, quod scribit *Plaut.* in Amph.

Non omnia eadem atq; omnibus suavia sunt.

Cum quo convenit illud *Propert.* lib. 3. quando ait.

Omnia non pariter rerum sunt omnib. apta.

Et simile est illud *Liv.* decad. 4. lib. 4. quando scribit.

Nulla lex satis commoda omnibus est:

Nihilominus tamen ad allegatam generalitatem attendendum erit in dubio: Et si forsan durior occurrat casus, ipsam corrigi petemus à summo magistratu, qui habet autoritatem ferendi legem. Vicissim si in illa generalitate jura inter se contrarientur, opus est, ut jus inferius cedat superiori: quò respicit *Cic.* lib. 1. Offic. quando ait.

Diffi-

Difficile est cum præstare omnibus cupieris, servare æquitatem, quæ iustitiæ maximè propria est.

Nimirum considerat, quòd nonnunquam inferius jus à superiore non consideretur, sed potiùs credere cogatur, ubi utrumque simul consistere nequeat. Quare si ex publica utilitate privato cuidam auferatur res sua (quod fieri posse testatur Andreas Geil in observationibus Cameralibus) pretium ipsi refundendum erit. Sic teste *Saluſt.* de bell. Iugurthi.

Omnia cum pretio honesta.

Quæ & causa est, ut *Fabric.* in Mim. ex *Menand.* rectè scribat.

Nunquam vir æquus dives evasit citò.

Utpote cùm ipsi semper aliquid decedat, cui aliquid accesserit boni: ut & propter hanc affinitatem boni & mali, commodi & incommodi, rei & pretii. Jureconsulti secundum naturam esse doceant eum commoda rei sequi, quem incommoda sequantur, & contrà. Ad justitiam autem custodiendam multùm valet pudor; iuxta illud *Cic.* lib. 2. de Finib. quando scribit.

Pudor ad humanam societatem Iustitiæ fida custodia.

Sed hæc generaliora, quæ etiam ex sequentibus patebunt. Transeamus ad pietatem.

DE

DE PIETATE, OBSERVANTIA, & Obedientia.

DE pietate memorabile eſt, quod ſcribit *Cic.* pro Planc. quando ait·

Pietas fundamentum omnium virtutum eſt.

Quo & *Virg.* in Epigram. collimare videtur, quando ait.

Et meritò pietas homini tutiſſima virtus.

Pietas autem primariò videtur conſiderari reſpectu Dei, deinde etiam reſpectu hominum iuxta illud *T. Liv.* lib. 5. quando ait,

Pro aris focisque, & Deûm templis ac ſolo, in quo nati ſumus, dimicandum.

Quantùm ad Deum attinet, potiſſimùm conſulendæ ſunt ſacræ literæ, quæ, qualis ſit, & quid à nobis fieri velit, teſtantur & explicant. Hoc autem in loco quædam ex Philoſophis adferemus *de pietate erga Deum, ut colligi queat, etiam in ipſa natura hærere aliquid luminis*, ut non immeritò *Cicer.* 1. Tuſcul. ad M. Brut. ita ſcribat.

Nulla gens tam fera eſt, nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit Dei opinio.

Cui non abſimile eſt illud *Senec.* Epiſt. 117. quando ait.

Nec

Nec ulla gens usque adeò extra leges moresq; proiecta, ut non aliquos Deos credat.

Quò & referri potest illud *Cic.* lib. 1. de natura Deorum, quando scribit.

Necesse est esse Deos: quoniam insitas eorum vel potius innatas cognitiones habemus.

Et idem *Cic.* lib. 2. de nat. Deor. scribit.

Omnibus innatum est & in animo quasi insculptum, esse Deos: quales sit varium est, esse nemo negat.

Et *Idem* lib. 1. de Natur. Deor. ita scribit.

Quæ vita Deorum sit, quæque ab iis degatur ætas? Ea videlicet, quâ nihil beatius, nihil omnibus bonis affluentius cogitari potest

Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur, suâ sapientia & virtute gaudet, habet exploratum fore se semper tum in maximis tum in æternis voluptatibus.

Et de Deo etiam *Cicer.* dicto lib. 2. scribit.

Nihil est præstantius Deo: ab eo igitur necesse est mundum regi:

Et ibidem sic scribit.

Mala & improba consuetudo est, contra Deos disputandi, sive ex animo id fiat, sive simulatè.

Quo nescio, an quid ab homine tanquam ab homine, magis piè dici queat? Et

Silius

Silius Ital. libr. 4. pulchrè scribit in hæc verba.

Heu prima scelerum causa mortalibus agris
Naturâ nescire Deum.

Nec hactenus dubium Ethnicis fuit Deum esse. Imò verò natura duce ulteriùs progressi sunt. Unde Aristotel. 3. Physic.

In perpetuis non differt posse & esse.

Quæ verba si latiùs declarari deberent multum in recessu deprehenderentur habere luminis naturæ. Eius generis est illud. *Deus ab omnibus animi passionibus liber est: Vnde nec dolere nec lætari potest*, ut quidam scribit. Et si verum est, quod de Ethnico memoratur, quod docuerit *nihil esse perfectum, nisi trinitatem*, multum esset: sed admodùm dubito, an ex lumine naturæ eò usque pertingere quis possit.

Deinde agnoverunt, Deum esse benignum iuxta illud *Ovid.* lib. 2. de Trist. quando scribit.

Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

Cui simile est illud *Ovid.* libr. 5. Fast. quando ait.

Sæpe Iovem vidi, cum iam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Et

Et simile est illud *Propert.* quando scribit lib. 2. Eleg.

Et si iam preces, Deus exorabilis ille est:
Si modo praesentes viderit esse preces.

Similiter *Mantuan.* Eclog. 6. scribit.

Supplicibus praesens Deus est, offenditur astu

Et quoad superbiam, quam Deus abominetur, consentit *Ovid.* lib. 3. Fast. quando ait.

Turbaque caelestis ambitiosa sumus.

Pro 111. concesserunt Deum omnia scire & omnia regere. Unde *Cic.* 1. de divin.

Deorum animi sine oculis, sine auribus, sine lingua sentiunt inter se, quid quisque sentiat.

Et idem *Cic.* lib 2. de divinat. in haec verba erumpit.

Non enim ignorare potest Deus, quâ mente quisque sit.

Eiusdem generis est quod scribit *Seneca* Epist. 84. quando ait.

Quid prodest ab homine aliquid esse secretum nihil Deo clausum est.

Unde *Sil. Ital.* lib. 15. punic. ita monet.

——— *Quacunque capesses*
Testes factorum stare arbitrabere divos.

Huc transferri posset suo modo illud *Ovid.* 12. Metamorph. quando scribit.

Ipsa quid in caelo rerum pelagoque geratur
Et tellure videt, totumque inquirit in orbem.

Et

Et concordat illud *Ovid.* lib. 4. de Ponto, quando scribit.

Nil illum toto quod fit in orbe latet.

Cuiusmodi etiam est illud *Cic.* dicto lib. 2. de divin. quando ait.

Nihil est, quod Deus efficere non possit.

Unde & *Plaut.* in captiv. ita memorat.

Est profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt.

Unde concludit

Benè merenti benè profuerit, malè merenti par erit.

Quò & illud *Virg.* 1. Æneid. referri potest quando scribit.

(Si genus humanum & mortalia temnitis arma.)

At sperate Deos memores fandi atque nefandi.

Quocircà & *Plin.* in Panegyr. Troian. ita scribit.

Nihil ritè nihil providenter homines sine Deorum immortalium ope, honore, consilio auspicantur.

Et simile est illud *Apulei* de Deo Socrat. quando ait:

Neque ulla res est tam præstantibus viribus, quæ viduata Dei auxilio, sui naturâ contenta sit.

A quo non dissidet *Mantuan.* 4. Troph. quando scribit.

Mens humana omnes operas sine numine perdit.

Quare & *Noni9 ex Accio*, ita refert.

Non facile sine Deûm opera, propria humana bona sunt.

Qui sic? Ad hoc *Lucan*.lib.9 scribit.

Iupiter est, quacunque vides quocunque moveris.

Et Ovid. 8. Metamorphita memorat.

Immensa est, finemq; potentia cæli

Non habet, & quicquid superi voluere peractum est.

Unde & *Stat*.lib.9.ita scribit.

Nulla autem effigies nulli commissa metallo

Forma Dei mentes habitare & pectora gaudet.

PRO IV. *consideraverunt in hac genere virtutis bonam conscientiam.*

Unde *Liv*.lib.7.ita scribit.

Non alibi, quam in innocentia spes habenda

Et concordat *Plin*.lib.1.Nat.Hist. quando ait.

Innocentia in rebus humanis summum est.

Et Q. *Curtius* lib. 8. scribit.

Trepitatio conscientia indicium.

Unde & PRO V. *Deum coli corde solo crediderunt.* Unde *Plin. lib. 1. Nat. Hist.* sic scribit.

Nec ulli fuis vitio Deos colere quocunque modo posset.

Und

Unde & *Senec.* lib. 1. de Benefic. scribit
is verbis

Boni etiam farre & fictili religiosi sunt: mali
rsus non effugiunt impietatem, quamvis aras
nguine multo cruentarint.

Neq; etiam reticendum est illud, quod
ribit

Senec. Epist. 115. quando ait.

Colitur Deus, non taurorum opimis corpori-
s contrucidatis, nec auro argentoque suspenso,
d pia & recta voluntate.

Cum quo concordat illud *Ovid.* Epist.
. quando scribit.

Non bove mactato cælestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Cum quo iterum *Baptista Mantuan* ver-
s. lib. 2 syl. concordat, quando scribit.

Grata Deo non sunt fumantia thura, nec aræ
Nec sacra, si cordis relligione vacent.

Unde & *Ovid.* Epist. 7. sic scribit.

Non bene cælestes impia dextra colit.

Quo referri potest, quod docet *Cic.* lib.
. de Nat. Deor. ubi ait.

Cultus Deorum est optimus, idem castissimus
& sanctissimus plenissimusque pietatis, ut eos
mper pura, integra incorrupta & mente & vo-
e veneremur.

Et astipulatur *Plin.* in Panegyr. Trojan.
uando ait.

Animadverto Deos ipsos non tam accurrat adorantium precibus, quàm innocentia & sanctitate latari, gratio e nque existimari, qui di ubris eorum puram castamque mentem, quàm qui meditatum carmen intulerit.

Unde & *Martial.* sic notat.

Offendunt nunquam thura precesque De.

Et *Iuvenal.* Satyr. 9. scribit.

Orandum est, ut sit mens sana in corpore ano.

Licet autem non semper res ex voto su cedat, ut

Pro VI. probos etiam sub cruce esse gnoverunt. ut quando *Aul. Gell.* lib. Noct. Attic. scribit.

Non omnes modo Diis exosos esse constat, q in hac vita cum arumnarum varietate lucta tur, sed esse arcanas causas, ad quas paucoru potuit p rvenire curiositas.

Unde & *Senec* lib. 1. de provident.

Bonum v rum in deliciis non habet Deus, teritur, indurat sibi illum, praparat.

Et ut *ibidem.*

Deus optimum quemque aut mala vale dine, aut luctu aut incommodu afficit.

Etsi enim hoc per experientiam cogn cere potuerint in genere, nihilominus t men simul cognoverunt Deum ratione habere hominum, secundum illud. *C. Pl.*

Se ur

secund. lib. 2. cap 6. Natural. Histor. quando scribit.

Deos agere curam rerum humanarum credi ex usu vita est, pœnasque maleficiis aliquando eras, occupato Deo in tanta mole rerum, nunquam autem irritas esse.

Et *Valer. Max.* lib. 1. scribit, quod

Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat.

Hæque pœnæ impiis destinatæ humanâ ope postmodùm averti non possunt, ut colligere potuit *Ovid.* 3. de Trist. quando scribit:

Plus valet humanis viribus ira Dei.

Cumque ita considerarint Deorum naturam, naturamque humanam, non malè *Arist.* 11. de Animal. scribit:

Debemus inspicere formas & lætari in artifice, qui fecit eas.

PRO VII. considerantes causam & causatum atque utriusq; relationem, ac opera animæ, *animam immortalem statuere cœperunt.* Multa *Cic.* de Senectut. in hanc sententiam adfert, ut quando scribit, quod

Commorandi natura diversorium non habitandi dedit:

Et quod

Ex hac vita ita discedat, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo.

Unde & ita scribit.

O præclarum diem, cum ad illud animorum concilium cœtumque proficiscar, & cum ex hac turba & colluvione discedam.

Et Simile adfert *Senec.* Epist. 75. quando scribit,

Optima & noxâ carentia expectant nos, si ex hac aliquando vita in illud evadimus sublime & excelsum.

Et *Cic.* dicto loco sic scribit.

Quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales esse credo, libenter erro: non mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo.

Et concordat illud *Senec.* lib. 1. Suasor. quando scribit,

Animus divinâ origine haustus, cui nec senectus ulla, nec mors onerosi corporis: vinculis exsolutus, ad sedes suas & cognata sidera recurret.

Et consonat illud *Lucret.* Quando scribit l. 2. *Cedit idē retrò, de terra quod fuit ante,*
In terras, & quod missum est ex ætheris oris
Id rursum cœli rellatum templa receptant.

Et de anima hominis ita scribit *Cic.* Ubi paulò ante.

Ex universa mente divinâ delibatos animos habemus.

Et idem lib. 4. Tuscul ad M. Brut. scribit Humanus animus decerptus ex mente divina.

Id

Id quòd paulò plenius Cic. de senect. exponit quando scribit.

Est animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum divinæ naturæ æternitatique contrarium.

Sed credo Deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur, quique cœlestium ordinem contemplantes imitarentur eum vita modo atque constantiâ.

Et ibidem.

Sic mihi persuasi, sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum futurorum prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inventa, non posse eam naturam, quæ eas res continet, mortalem esse.

Et iterum

Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos dum in corporibus essent mortalibus vivere, cum exissent ex his, emori.

Et vicissim.

Ni ita haberet, ut animi immortales essent, haud optimo cuique animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. Quid? quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo.

Et idem Cic. lib. 1. Tuscul. quæst. ad M. Brut. sic scribit:

Sed nescio quomodo inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum,

rorum, idq; in maximis ingeniis, altissimisq; animis & existit maximè, & apparet facillimè: quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus & periculis viveret?

Et ibidem sic scribit.

Maximè verisimile est, cum optimus quisq; maximè posteritati serviat, esse aliquid, cujus is post mortem sensum sit habiturus.

Et iterum.

Permanere animos arbitramur consensu omnium nationum.

Quæ sententia certè videtur paulò humanior, quam illorum opino, qui animas cum corpore emori, & in resurrectione excitari voluerunt.

Ejusdem generis est quod notat Cic. de amicitia, quando scribit.

Is qui Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus, non tum hoc, tum illud (ut in plerisq;) sed idem semper dicebat: Animos hominum esse divinos, iisq;, cum è corporibus excessissent, reditum in cœlum patere, optimoq; & justissimo cuiq; expeditissimum

Et concordat illud *Iunii Iuven.* Satyr. 15. quando ait:

Sensum à cœlesti demissum traximus arce.

Et fere in eandem sententiam *M. Manil.* lib. 4. de ratione omnium scribit, quando ait.

Exemplumq; Dei quisq; est in imagine parva.

Ex

Ex quibus adductis testimoniis in genere illud colligimus, quod ex naturæ lumine multa homines prudentes de Deo prædicaverint, etiamsi ad verum scopum propter humanam imbecillitatem pertingere non potuerint. Imò verò ex hoc fundamento ad immortalitatem animæ stabiliendam adducti fuerunt, De anima vicissim inter philosophos orta est disputatio an una sit anima, eademq; ex traduce & ubinam habitet? De qua quæstione data ita occasione pauca quædam adjiciuntur.

AN VNA SIT ANIMA in homine?

Receptissima est sententia, teste Melanchtone in lib. de anima, unam in homine esse animam: id quod hisce rationibus posse evinci.

1. Si plures essent animæ in homine inter sese diversæ & distinctæ re & numero, consequens, quod ejusmodi animæ in prima creatione essent homini inspiratæ: sed posterius falsum est, utpote cum tantum inspiratum sit spiraculum vitæ. Ergo &c

2. Si diversæ & à se invicem distinctæ animæ essent in homine (formæ intelliguntur) consequens, eas omnes uno eodemq; motu non interire, Sed hoc fit. Unde illa diversitas videbitur cessare.

III. Si plures & distinctæ essent in homine animæ, essent etiam diversæ essentiæ & subst[illegible]iæ hominis: quippe cum multiplicati[illegible] [illegible]ormarum earumque diversitas diversificet & multiplicet substantias. Sed posterius falsum, ergo &c.

IV. Si essent diversæ à se invicem animæ & formæ hominis, homo una simplici definitione definiri non posset animal rationale, sed hominem ita definiri videmus. Unde prius illud tolli necesse est.

V. Si plures & diversæ essent animæ in homine, sequeretur actiones animarum se invicem impedire non posse. Sed hoc fit. Ergo plures animæ non erunt.

Hæc ita philosophando commodè proponuntur, sic tamen, ut nec absurda planè sit Platonis & aliorum sententia, qui tres animas homini asscripsserunt, uti censet Melanchton supra dicto loco: sub hac tamen distinctione, quod prior illa sententia magis videatur arti accedere: hæc posterior rei ipsi. Nam in confesso est, teste Platone quod, quæ in diversis locis operentur non sint unum idemque: seu (ut aliâs loquuntur) quæ subiectis differant ea inter se differre necesse sit. Illi tamen qui priorem sententiam defendunt, reliquas duas animas, sensitivam & vegetativam tanquam potentias subiectas animæ rationali

nali considerant, artificiosè magis.

An anima sit ex traduce?

An anima sit ex traduce à Theologis & Philosophis disputari solet: in qua difficili quæstione multi aliorum sententias recensent, suam autem proferre non audent. Argumenta, quæ tam pro traduce, quàm contra traducẽ adferantur, breviter subjiciemus. Et quidem pro traduce facit.

I. Quod omnia animalia sibi simile progignant secundum corpus & animam. Undè nisi idem in homine fieret, homo diceretur imperfectior in suo genere aliis animalibus in genere suo: cum tamen omniũ animalium homo perfectissimum dicatur.

II. Si anima cum corpore patitur, consequens quod eiusdẽ cum corpore sit propaginis. Sed prius experientiâ teste. Ergo.

III. Accidens nullum poterit traduci, nisi simul subiectum illud, in quo inhæret accidens, traducatur. Iam verò à parentibus traducitur accidens, tam animi quam corporis; nimirum peccatum, quod non tam in corpore, quàm in anima inhæret. Ergo etiam animam traduci necesse erit.

IV. Si anima de novo creatur & corporibus immittitur, necesse erit, ut aut pura aut impura immittatur. Sed neutrum illorũ. Nam si impura immiteretur, Deus incusaretur peccati: Si pura, illud incon-

veniēs sequeretur, quod coinquinaretur à corpore. Ergo &c. & licet Platonis, in Phædon. opinio sit, quod animæ à corpore coinquinentur, eoq; fine mittantur in infernum ut purgentur: nihilotamen mag haec opino cum ratione convenire videtur.

Verum contra traducem facere possent

1. Illud quod habet impressas notitias non post esse ex materia elementari traducis: sed talis est anima hominis. Ergo &c.

Vel ex suprà allatis sic inferri potest.

Quicquid est immortale & spirituale non potest esse ex materia mortali & corporea traducis.

Sed anima hominis est immortalis, uti suprà hac de re philosophorum autoritates citatæ sunt, Ergo &c.

2. Nullum agens naturale producit nobiliorem operationem, quam est in potentia materiæ. &c.

His tamē posteriorib rationibus responderi posset, illud esse ex quodā Dei munere animæ accessorium; de qua re plenius illi noverint, qui ex professo hac de re tradunt. Rationem autem brutis convenire negamus: de qua re philosophi aliquando disputarunt, Plutarch. Anaxag. &c.

VBI ANIMA HABITET *in Corpore?*

De hac quoq; quæstione non convenit inter

inter philosophos. Quidam enim animam in corde habitare autumant, prout fert Aristotelis sententia: utpote cum cor sit primum vivens, & ultimum moriens. Et animam Aristoteles comparat cum rege & cor cum palatio regis. Pro qua sentẽtia, & quod in corde sedem suam habeat anima, videtur facere textus ad Rom. cap. 1. ubi dicitur, habere homines legem in cordibus scriptam: & textus similes, ubi sapientia cordi asscribitur.

Facere quoq; posset eorum sententia (quos sequitur Treutler. in prioribus editionibus disputationum) qui, si in confinio duorum territoriorum quis sit interemptus, & non constet, in quo loco trucidatus sit, ei concedunt de jure vindictam & inquisitionem, in cuius territorio cor occisi reperiatur.

Alia tamen & diversa est sententia Galeni & Medicorum, quoniam hi cerebrum constituerunt sedem & habitaculum animæ, utpote cum ibi gignantur spiritus organum scilicet intelligentis: Et quod cerebro turbato omnis intelligentia & consequenter omnes actiones animæ rationalis disturbentur, impediantur & depraventur.

Sed & tertia opinio reperitur eorum, qui animam in toto corpore & singulis eius partibus affirmant habitare ubiq; totam,

tam; cujus sectæ Augustinum quidam arbitrantur autorem. Huius opinationis rationes subjiciemus.

I. ratio est Zabarell: Omnis forma informans materiam extenditur ad materiæ latitudinem & longituidnem. Jam autem anima est forma hominis, omniumque membrorum humani corporis. Ergo extendetur per omnia membra.

II. Ratio, si anima in organis poterit semel efficere diversos habitus corporis & animi, consequens, quod anima in singulis membris tota habitet. Sed prius verum: uti videmus in his, qui cantant simul & ludunt. Ergo &c.

III. Si anima est spiritus, non recipiet divisionem secundum plus vel minus: sed prius verum. Ergo etiam posterius.

IV. Si actus & effectus animæ rationalis est totus qui fit ab unoquoque membro; consequens quod & causa seu anima tota fit tanquam efficiens. Sed illud. Ergo.

E contrario adferuntur rationes, quod anima non sit in singulis partibus tota; cujusmodi sunt.

I. Si anima in singulis membris humanis esset tota, consequens, quod & singula membra omnes habeat facultates animæ: Sed posterius falsum est. Ergo & prius: Nō enim auris loquitur, neq; lingua audit &c.

II. Si

II. Si anima in omnibus membris & partibus hominis esset tota, esset etiam in partibus similaribus. Sed hoc falsum est. Ergo & illud.

III. Si anima finita est, non erit simul in pluribus partibus & locis. Sed prius verũ. Ergo. Et in suo genere inter finitas creaturas tanto creditur præstãtior & perfectior quò magis in uno simplici loco est

IV. Si anima esset in omnibus partibus & membris, sequeretur, quod amputato mẽbro, amputetur cõsequeretur & pereat anima: sed hoc à ratione dissonum. Ergo & illud.

Sic relatis aliorum opinionibus etsi difficile sit suam exponere sententiã, attamen placet opinio Galeni & medicorum, qui caput seu cerebrum constituerunt animæ habitaculum. Quam sententiam in effectu probant Jureconsulti in leg. 44. de religiosis & sumptibus funerũ, ubi si cadaver diversis in locis sepeliatur, illum locum voluerunt fieri religiosum, in quo caput sepultum sit. Quare & Doctores plerique eò secesseruut, quod etiam caput faciat, ut si quis in finibus peremptus inveniatur, in dubio illi tribuatur jurisdictio, in cujus districtu trucidati caput reperiatur. Sic etiam pro hac opinione facit, quod, si partus non refert certam faciem hominis, nec

nec pro homine apud Legistas reputetur. Quæ opino cum conveniat Sanctæ illi philosophiæ, quæ jurisprudentia nuncupatur, magis videtur recipienda.

In hac consideratione Jureconsulti multas fundarunt decisiones, dum respicientes pietatem plenissimam admiserūt interpretationem, ut ex subiectis patebit.

REGVLA I.

Pietatis ratio habenda est in rebus sacris &c.

Hinc primum concludi potest, quod, etsi verba enunciativa regulariter non obligent, obligare tamen credantur in piis causis vel quæ aliàs favorem contineant: ut colligitur ex multis exemplis, quæ adduxit Andreas Tiraquellus in tractatu suo de privilegijs piæ causæ cap. 51. & passim.

2. Hinc colligitur, quod ratione pietatis in rebus sacris, &, si piæ causæ quid donatum fuerit, non requiratur insinuatio; etiamsi aliàs de communi jure civili necessaria sit insinuatio, si summa donata excesserit 500 solidos, per §. 2. instit. de donationibus.

3. Inferri hinc potest, quod etsi exceptiones aliàs strictè sint accipiendæ, favore tamen pietatis fieri possit, ut exceptio plenius intelligatur, si ita favor rei sacræ requirere videatur.

Pro

Pro 4. Hinc colligi potest, quod ratione piæ causæ & rei sacræ processus summarius instituatur, etiamsi aliàs negotium tale sit, quod processum videretur requirerè magis ordinarium, vt Bartolus alicubi innuit.

5. Hinc definiri posset dubiũ illud inter Doctores, utrum testamentum ante ingressum religionis ritè factum, per ingressum rumpatur; De qua quæstione diversæ sunt scribentium opiniones. Quidam enim post glossam testamentum rumpi arbitrantur utpote cum monasterium succedat loco filii. Viglius contrà negat rumpi testamentum, cum alias malè concederetur testari ante ingressum. Quæ discordia sic reconcilianda erit, ut collimemus ad suprà positam regulam. Et si quę hujusmodi alia quã plurima huc transferri possunt.

REGVLA II.

Pietatis ratio habenda in rebus religiosis.

Ex hac regula primum infero, quod ad id, ut locus alienus fiat religiosus, in quẽ mortuum intulerimus, non tam expressus domini consensus ab initio requiratur, quam & ex postfacto ejusdem domini ratihabitio sufficiat, ubi videlicet iam illatum sit cadaver, per §.9. Instit. de rerum divisione, ubi Theophilus &c.

II. Hinc

II. Hinc colligitur, quod illi creditores, qui sumptus fecerint in cadaver sepeliendum, seu in funus, omnibus alijs sint præferendi creditoribus; usq; eò, ut & hi creditores mulieri præferantur, quæ aliâs habet tacitam hypothecam, in omnibus bonis mariti præ alijs creditoribus privilegiatis. Et quod præferantur creditores, qui sumptus in funus fecerint, probatur per leg. penult. de religios. & sumptibus funerum, & notat Angelus specialius in §. final. de leg. Falc.

III. Hinc colligunt, quod comitantibus funus & in processu euntibus, nemo debeat facessere negotium: Quemadmodum & inprimis improbatur consuetudo illa, cuius vigore conatur arrestare cadaver mortuū propter æs alienum, uti testatur Emanuel Soarez in thesauro suo communium opinion. lit. C. in verbo cadaver: intuitu videlicet pietatis & regulæ præmissæ

Pro IV. Hinc colligi potest, quod favore causæ religiosæ tastamentum aliâs minus perfectum valere putetur: quemadmodum patet per Andream Tiraquel. de privileg. piæ causæ cap. 7.

REGVLA III.

Pietatis ratio habenda in iuramentis. Hinc varia inferunt & adducunt exempla, quæ omnia favorem & pleniorem interpretationem

tionem præ se ferunt. Nam inter alia hinc definiri poterit admodum dubia illa & controversa quæstio, utrum in materia donationis excedentis summam. 500. aureorum iuramentum suppleat defectum insinuationis? Id quod affirmandum est, respiciendo ad illam pietatem, quæ in observatione juramenti versatur, quemadmodum hanc opinionem canonistæ tanquam veriorem sequuntur: de qua re vide A. Geil. in observationibus Cameralibus lib. 2. c. 39.

II. Hinc concludi potest, quod contractus alias nullus per juramentum firmari & fundari possit: qualiter hoc docent Jure consulti in scriptis suis.

III. Hinc inferri posset, quod considerando pietatem in observatione iuramenti non adeò referat, an quis certioratus sit de suis privilegijs & beneficijs competentibus; Cum generale illud sit, quod omne juramentum servandum veniat, modò sine detrimento æternæ salutis servari possit, per jura vulgata.

IV. Hinc quoque colligi potest, quod iuramentum appositum donationi mortis causâ, videatur facere, ut transeat huiusmodi donatio in donationem inter vivos: respiciendo videlicet ad pietatem illã, de qua hic agitur.

V. Huc adferri potest, quod intuitu pie-

tatis

test, quod intuitu pietatis, quæ in observatione juramenti versetur, clausula illa (non obstante &c.) non extendatur ad contractum iuratum: quemadmodum hac de re scribit Johan. Bernhard. Diasius in libel. regularum suarum, regul. 89.

VI. Hinc deprehendi potest, quod sub consideratione juramenti (quod præcisè est observandũ, ut paulò ante attigimus) Emphyteuta jurans si cessat in exsolutione canonis sui, statim possit expelli, juxta receptam opinionem.

VII. Ejusdem generis est, quòd præsumendo propietate in observatione iuramenti cogamur fateri, iuramentum excludere compensationem, etiamsi compensatio aliâs pro reali solutione habeatur: quippe cùm omne iuramentum servandũ &c. Licet hac in parte quoad compensationem Joh. Faber in §. bonæ fidei instit. de actionib. contrarium proponat.

VIII. Hinc quoque determinari potest dubium illud, de quo Vasquius differit, an, si accesserit juramentum fidejussioni, quæ facta fuerit in plus, quam obligatus sit principalis, fidejussio teneat? Nam aliâs de jure communi fidejussor non potest in plus obligari, quam ipse principalis, utpote cum nulla ratione in accessorio possit esse plus, quam in principali; quatenus videli-

videlicet tanquã accessorium cõsideretur. Verum ex supra posita regula cum Doctoribus affirmativè erit respondendum. Et possent huc transportari innumera alia, quæ omnia cumulare nec huius loci est nec instituti.

Ex his iam præmissis efficitur, quod cõsiderari possit pietas respectu Dei & hominum. Vnde *Cic.* de Natur Deor. sic scribit.

Pietas est iustitia adversum Deos

Et *idem* pro domo sua scribit.*

Nec est ulla erga Deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio.

Similiter & *Cic.* in part. Or: sic scribit

Pietas est iustitia erga parentes.

Et *idem* de invent. ita notat

Pietas est per quam sanguine coniunctis patriaque benevolis officium & diligens tribuitur cultus.

Cum igitur hactenus pleraq; tradita & præmissa sint de pietate erga Deum, pauca quædam subjicientur de pietate erga homines. Et primum *considerando pietatē* erga homines, & quidem *erga parentes*, inferri potest, quod parentum consensus necessarius sit in nuptijs liberorum, per princ. institut. de nuptiis.

II. Considerando pietatem erga parentes, fas erit, ut testamentariæ tutelæ parentum nos subjciamus etiam post habitâ tute-

tutela legitima.

III. Considerando pietatem erga parentes fieri non potest, ut parentes ab hæreditate liberorum excludamus nisi certæ fuerint causæ, & nisi ipsi parentes contra naturam quasi peccaverint, Imò verò rationem pietatis habendo, dicendum erit licere parentibus ex pluribus causis (majoribus videlicet vel similibus) exhæredare liberos suos, quam quæ expressæ fuerint in legibus, ut recepta fert Dd. sententia.

II. *Pietatem etiam patriæ debemus* haud minorem atque parentibus: Imo verò patria parentibus præferenda est, quemadmodum tradunt Doctores in leg, 3. de Just. & Jur. Unde & Aulus Gellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 7. scribit, *quod patri turpia imperanti vel contra patriam non sit obediendum,* Nam & filius patrem interficere potest, qui venit ad delendam patriam, per textum in leg 35. d. religios. & c sumpt. fun. Quò & respicit Cic. lib. 3. offic. quando ait. *Si tyrannidem occupare, si patriam perdere conabitur pater, silebit & filius? Imò obsecrabit patrem, ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit, minabitur, & ad postremum, si ad pernitiem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponat patris saluti.*

Sic igitur respiciendo ad pietatem quā patriæ debemus facilè evincetur, ꝙ si quis non exhibeat patriæ hanc debitam pieta-

tem, pro filio exhæredato & ex gremio patriæ excluso habendus sit per ea, quæ in dicta lege 3. adducunt Doctores.

III. *Et pietas consideranda est respectu patronorum.* Ab his enim liberti alteram suam vitam, nimirũ libertatem habent. Quamobrem liberti etiam patronis suis ad servitia præstanda obstricti sunt, usque eò, ut si ingrati extiterint & impii, seu si pietatem patronis debitam non præstiterint, sub iugum servitutis redigi queant; utpote cũ non sit dignus vita, qui vita nescit uti,

IV. Huius quoque generis est *pietas, quæ magistratui debetur.* Qua virtute debemus nos magistratui subjicere eique confidere, in tantum, ut Hippolydus Bonacosa in opinionibus suis, verbo officialis, scribat: quod officialis absque peccato possit principis sententiam exsequi, qui sine processu iusserit aliquem suspendi. Quin etiam Emanuel Soarez in thesauro suo lit. T. num. 275. scribit, quod principi temere & iniquè aliquem suspẽdi jubenti possit obedire officialis: nimirũ attestante Bernhardo; *Verus obediens non attendit quale sit, quod præcipitur, hoc solo contentus quod præcipitur.*

Quò & facit id quod nobis proponitur in cap. Pastoralis 28. de offic. delegat. Quæ omnia & singula in consideratione pietatis magistratui debitæ fundamentum

tum suum habent, sic ut, nisi manifestissimè diversum appareat de magistratu, pietas suadeat omnia interpretari in meliorē partem, quæ fiant à magistratu. Id quod potissimum tam subditi, quā qui his nonnunquam patrocinando inserviunt, perpendere debent. Quod si tamen manifeste appareat aliud, pietas habet, cur paululum declinet. Unde Hippolytus Bonacossa, in verbo magistratus, scribit: quod officiales obstricti sint magistratui contradicere, si fortè quid fecerit iniustè &c. Quod genus pietatis multis explicari posset exemplis, si locus admitteret. Unum hoc sufficiat pro regula, quod *in dubio habenda sit ratio pietatis erga magistratum* &c.

V. Huc quoque referri potest *pietas qua Præceptoribus debetur*, ut et huius consideratione præceptor manumitti possit à discipulo in §. 5. Institut, qui & à quibus &c. Quantumvis aliâs non, nisi ex iusta & legitima causa, ibidem manumissio fieri possit. De his enim id prædicari potest, quod in patre refert *Senec* 3. de benefic. quando scribit. *Quicquid præstiti patri, etiam si magnum est, infra æstimationem pars muneris est.*

Et quod Plaut. in Aulul. scribit de domino, huc quoq; transferri posset, quādo ait: *Indigna digna habenda sunt herus quæ facit.* Nimium (ut intellgo) respectu huius pieta-

pietatis, quæ dominis, parentibus, magistratui, præceptoribus &c. debetur.

VI. Deniq; & *pietas debetur domino feudi* & donatoribus, à quibus quis habet alterã vitam, seu alimenta vitæ. Quod ita extendunt scriptores juris Feudalis, ut & notent vasallum cogi adjuvare dominum suum adversus patrem & filium proprium, ut textus est hac de re in cap. 1. tit. hic finitur lex, in usibus Feudorum.

DE AMICITIA.

Amicitia à *Cic.* in lib. de amicitia sic describitur.

Amicitia nihil aliud est, nisi omnium divinarumque humanarumque rerum cum benevolentia & caritate summa consensio.

Quæ, ut inquit idem *Cic.*

Secundas res splendidiores facit, & adversas partiens communicansque leviores.

Ideoque.

Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt, quâ à diis immortalibus nihil melius habemus, nihil jucundius.

Attestante *Cic.* dicto loco: Et ut ibidem.

Non aqua, non igne, non aere (ut aiunt) pluribus locis utimur, quam amicitia

Ex quibus patet necessitas quasi, & utilitas hujus virtutis: quod & ipsum *Plin.* lib. 8. natural. Histor. cap. 21. his verbis innuit:

Natura nihil placuit sine pari.

Et *Cic.* lib. 1. de finib. sic declarat: *Solitudo & vita sine amicis insidiarum & metus plena.*

Et idem *Cic.* in libel. de amicit. sic scribit *Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquid, tanquam adminiculum, annititur.*

Unde *Arist.* 1. politic.

Homo solitarius aut Deus aut bestia est.

Et *Cic.* pro Planco.

Non potest esse jucunditas vita sublatis amicitiis.

Et *Horat.* in effectu astipulatur, quando lib. I. Epist. sic scribit.

Sine amore jocisque.
Nil est jucundum

Et *Ovid.* lib. 2. de redem. amor. sic scribit.

Tristis eris, si solus eris.

Et in hunc propemodum sensum etiam *Plautus* in Epidic. sic notat

Nihil homini amico est opportuno amicius.

Nā, ut inquit *Cic.* in dicto lib. de amicit.

Amicus est, tanquam alter idem

Cum, ut scribit *M. Paling.* lib. 4 Zodiaci.

Rebus in adversis magnum munimen amici.

In contrahenda autem amicitia attentâ hac necessitate & utilitate, de qua hactenus;

I. *Consideranda erit paritas personarum:* Nam ut Q. *Curtius* lib. 8. scribit.

Firmissima inter pares amicitia.

Et attestante *Cic.* lib. 1. de offic.

Nihil est amabilius, nec copulatius, quam morum

morum similitudo bonorum.

Et ut *ibidem* dicitur:

Est ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugavit.

Unde & *Terent.* in Heautont, sic ait:

Cuius mos maximè est consimilis Vostrum, hi se ad vos applicant.

Et simile est illud vulgatum; quod *Aves unius coloris facillimè congregantur.* Unde & *Marcell. Paling.* lib. 10. Zodiaci scribit, Cum paribusque pares habitant, vivuntq; libenter. Et *Cic.* dict. lib. de amicit. sic tradit

Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura.

Quemadmodum autem paritas amicitias firmat: ita imparitas amicitias dissipare solet. Id quod cognovit *Cic.* de amicitia, quando scribit.

Dissimilitudo dissociat amicitias.

Et ut *ibidem*

Dispares mores diparia studia sequuntur.

Et *Marcel. Paling.* lib. 5. Zodiac. his verbis idipsum comprobat.

Inter dissimiles odium & discordia regnant. Neque refert, quod aliàs etiam inter pares discordia dicatur regnare & quasi perpetuum bellum, quatenus viribus æquent: quoniam contrariorũ contraria dicuntur esse consequentia, sic ut, quemadmodum summa est constantia amoris & amici-

tiæ inter pares: ita vicissim si ad inimicitias res redigatur, inter pares perpetuum sit bellum & dissidium: ut hactenus à contrario magis confirmetur illa paritas amicorum, de qua dictum est quam ut ipsi vel minimum detrahatur.

Pro II. eligendi amici sunt, qui amicum corrigant teste *Seneca* in proverb. quando ait

Cum his conversare, qui te corrigant

Unde *Diog.*

Ad emendationem sui unusquisque nostrum debet habere, aut valde amicum, aut valde inimicum.

Quod dum considerare*t Cic.* in dicto libro de amicitia, in hæc verba erumpit.

Cuius aures clausa veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est.

Hocque, officium amici esse plerique putaverunt, usque eò, ut nisi hoc præstet amicus amico, deterior videatur inimico, iuxta illud, quod idem *Cic.* dicto loco allegat, quando ait.

Scitum est illud Catonis: multò melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quã eos amicos qui dulces videantur: illos verum sæpe dicere hos nunquam.

Verum hac in re quandam constituerũt mediocritatem & terminos intra quos se amicus continere debeat: ad quos quando respi-

respiciebat præceptor ille Neronis, *Seneca* in lib. de moribus ita scribit.

Amicos secretò admone, palam autem lauda

In quam sententiam etiam alii multi scripserunt, quos omnes pro hac vice citare supersedebimus. Interim tamen verum est illud incerti autoris dictum (quod tamen *Porphyrius* Horatij interpres *Menandro* ascribit) ita habens

Mores amici noveris, non oderis.

Quocirca Pro III *etiã probandi sunt amici* juxta illud, quod *Cic.* de amicitia scribit quando ait.

Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.

Et *Diog.* de vit. Philos. sic docet,

Vis experiri amicum, calamitosus fias.

In quam sententiam inclinat etiam *Senec.* Epist. 20. quando scribit

Ob hoc unum amanda est paupertas, quod, à quibus ameris ostendit.

Et *Cic.* dicto libro de amicitia ex *Ennio* refert hæc verba.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Cujus generis etiam illud est, quod *Plaut.* in Epidico locutus est,

Is amicus est, qui in re dubia iuvat, ubi est opus.

Et quidem in probando amico, *Terent.* in Heautont. scribente,

Quotidiana vitæ consuetudo
Cuiusque ingenium ut sit, declarat maximè.
Aliud tamen est, si iam probaveris amicos, antequam amicitiam cum ipsis inieris: & aliud vicissim, si ex post facto eos tentare velis, quos iam antè fueris satis expertus. Illud enim animi prudentis est. Hoc hominis negligentioris. Eapropter olim *Ennius* rectè dixit, prout eum refert *Aulus Gellius* lib. 2. Noct. Atticar. c. 9. quando scribit:

Ne quicquam expectes amicos, quod tu per te agere potes.

Quemadmodum enim amicus in necessitatibus iuvare amicum debebit; ita & è contrario ipsius auxilium non nisi in necessitatibus invocandum erit, cum & *Ovid.* lib. 8. Metamorph. scribat in simili.

——— *Ignavis precibus fortuna repugnat.*

Et *Salust.* de Conjurat. Catil. sic scribit:
Vbi socordia atque ignavia te tradideris nequicquam Deos implores, irati infestiq; sunt.

Hocq; si ita est apud Deos, quidni ad amicos transferri posset? Et hi quidē amici, qui amico, quem jam ante experti fuerint, de facili negotium facessunt, non solent esse constantes, utpote qui magis fortunam externā amici elegerint, quam animum vel personam: contra quos scribit *Cic.* lib. 2 de finibus, quando ait.

Me igitur ipsum ames oportet non mea, si veri amici futuri sumus.

Nam

Nam hi amici, qui ad facultates respiciunt solent esse soliciti, quomodo de illis facultatibus sub prætextu amicitiæ quamplurimum participent, quacunque ratione id fieri possit. Unde querela *Plauti* in Trinum.

Ego talentum mutuum
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.

Et *Senec.* in proverb. sic ait

Amico mutuam roganti me pecuniam si dedero, & amicum & pecuniam perdo.

Et idem *Senec.* Epist. 48. sic scribit *Quidã quo plus debent, magis oderunt: leve æs alienum debitorem facit gravem inimicum.*

Id quod ex nullo alio fonte procedit, quam quod illa amicitia magis respiciat facultates amici, quam ipsum amicum: & quod facilis ad mutuam pecuniam accipiendam sit, non considerans cum difficultate majori postmodum restitui, quam ab initio impetrari mutuum.

Hæc considerantes PRO IIII. *monuerunt*, ut dives hac in re sedulus sit, si fortè cum paupere ineat amicitiam.

Quare *Martial.* ita docet:

Nulli te facias nimis sodalem:
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Et *Senec.* in Epist. hoc ipsum quatantenus fatetur, quando scribit.

Omnes amicos habere operosum est: satis est inimicos non habere.

Nimirum, quia attestante *Ovid.* lib. 1. de Trist. *Donec eris felix multos numerabis amicos*
Nubila si fuerint tempora, solus eris.

Item ut *ibidem*
Nullus ad amissas ibit amicus opes

Cui simile est illud, quod *Iustin* lib. 5. scribit *Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.*

Neque multum dissidet illud *Ovid.* lib. 2. de Ponto, quando scribit.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.

Et ut *ibidem.*
Vulgus amicitias utilitate probat.

Quare & *Horat.* lib. 1. Epist. ita notat
Vilis amicorum annona bonis, ubi quid deest.

Insuper & quia sub prætextu amicitiæ multi falluntur, juxta illud *Ovid.* 1. Amor. quando ait. *Tuta frequensq; via est per amici fallere nomen.* Non inique ibidē subjicitur,
Tuta frequensque licet sit via, crimen habet

Et *Cic.* contra hos scribit in dicto libro de amicit. quando ait.
Apertè vel odisse alium magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam.

Hi enim ita sūt amici, ut paulò post inimici existere queant: contra quos *Scipio* loquitur, quē refert *Cic.* de amicitia quādo ait
Negabat Scipio ullam vocem inimiciorem amici-

amicitiæ potuisse reperiri, quam eius, qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquando esset osurus.

Amicitia autem consideretur non tantum in Ethicis sed & *in Iure*, ubi pro amico amicus poterit defensionē suscipere, adeò ut & aggressorē amici defendēdo liceat occidere; prout notant Dd. in leg. 3. ff. de J. & J.

Imò verò PRO II. ex hoc fundamento amicitiæ colligunt, quod fratres jurati querelari possint de testamento fratris, quemadmodū Celeberrimus ille Jureconsultus Sichard. ad l. 1. Cod. qui testamenta facere poss. num. 3. scribit: Quā definitionem multis quis posset deducere, & ad multas quotidianas controversias accommodare, si loci huius esset, maximè verò ad illam quæstionem, an tutor de Jure civili excludat fiscum, quo ad successionē pupilli sui? Verum hanc legum Doctoribus relinquemus dirimendam.

PRO III. *etsi dilecta persona* per excellentiam illa sit quæ sanguine nobis conjungatur, atque adeò naturaliter diligatur, nihilominus tamen etiam intelligi potest illa, quæ civiliter talis sit, quemadmodum colligitur ex Emanuele Soarez in thesauro suo communium opinionum, litera T. num. 84.

PRO IV. *etiam dominus & vasallus amici dicuntur* à feudistis 2. F. 58. utpote cum & sibii

sibi invicem conjuges nuncupentur, inter quas aliâs summa est amicitia, & divinarũ humanarumque rerum consortium.

PRO V. *etiam societas bonorum* posset huc annumerari, utpote cum socius in Jure fratri æquiparetur, per text. in leg. 63. ff. pro socio. Jam a. inter fratres naturalis est amicitia & amicitiæ vinculum.

DE BENEFICENTIA, MUNIficentia & Liberalitate.

Quemadmodum ubique consideranda est necessitas & utilitas, ita quoque in hoc genere virtutis *necessitas & utilitas considerabitur*, non habitâ ratione voluptatis, iuxta illud *Cic.* in officiis, quando ait: *Causa largitionis, sit aut necesse aut utile.*

Quatenus n. voluptati inservitur, eatenus non exercetur vera beneficentia: id quod innuit *Senec.* l. 2. de benefic. quando scribit: *Multi sunt, quos liberales facit frõtis infirmitas.*

Neque id abs re. nam quemadmodum in omnibus virtutibus prudentiæ debet dari locus; ita & in beneficentia; quo minus voluptatibus, posthabitâ necessitate vel utilitate, primæ deputentur. Et quanquam beneficentia potissimum sit eorum, qui melius habeant, sæpe tamen *contingit etiam pauperem suppetias diviti ferre*, ut illud testatur & vidit *Quintil.* declamat. 1. Cujus gene-

generis etiam illud est quod scribit *Terent.* in Phormion. quando ait:

Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
Dum nimium nos dici bonos studemus & benignos.

Et *Mimus* ait:

Malignum fieri maximè ingrati docent

Unde *Plaut.* in Epidic. sic scribit.

Vt est acerbum, pro beneficiis cum mali messem metas.

Quare recte *Senec.* ait de beneficiis

Dabo egenti, sed non, ut ipse egeam.

Cui dicto convenit illud, quod *Cic.* scribit lib. 2. de offic. quando ait

Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus.

Nam ut *idem* lib. 1. de offic. testatur:

Videndum est ut eâ liberalitate utamur quæ prosit amicis, noceat nemini.

Liberalitatis a. & beneficentia propriũ est properare, juxta illud *Sen.* l. 2. de bene. quãdo ait

Omnis benignitas properat, & proprium est libenter facientis, cito facere.

Nam ut idem *Senec.* de beneficiis scribit *Tarde velle, nolentis est.*

Unde si quæ *testatrix* tempore conditi testamenti interrogata, fortè à prætore & Scabinis utrum hęc sit liberrima ipsius voluntas, quâ suum maritum hæredem instituat præteritis fratribus vel fratrum libe-

ris, dubitanter respodeat vel verbis generalioribus, magis videbitur à marito eiusq; cognatis coacta & persuasa ad testamentū faciendum, utpote cum aliâs breviter per voculam (ita) respondere possit. quâ brevitate respondendi neglecta, cum se recipiat ad ambages orationum nihil propemodū respondisse censebitur & responsionem suam magis reputabitur velle implicare, quā explicare. Et plerumque dolus hæredum in huiusmodi testamentis, inquibus abest illa simplex responsio per (ita) versari præsumitur, ut in C. H. S. contra W. W. H. Ejusdē etiam respectus est, si quis interrogatus, num velit donare librum quendam, respōdeat, non tantum hunc sed quoscunque petieris: imò omnes. Hæc enim responsio non habebitur pro promissione, ex illo fundamento, quod donator ad ambages verborum confugiat, & ita effugere conetur, cum tamen paucis respondere potuisset, modò voluisset obligari, &c. Hæc a. promptitudo inde est, quia ut Q. Curtius. lib. 5. testatur.

Calamitas querula est & superba felicitas.

Nimirum, ex parte beneficentiam præstantis quædam promptitudo est; quemadmodum & ex parte accipientis. Dans enim gaudet liberalitate sua, quia:

Beneficiorum gratia sempiterna est.

Atte-

Atteſtante Q. *Curtio* lib. 9.

Et ut *Ovid.* loquitur

Conveniens homini eſt hominem ſervire vo-
Et melius nullâ quæritur arte favor (luptas,

Quid enim de hominibus quis dicet, ſi atteſtante

Senec. lib. 1. de benefic.

Officia etiam feræ ſentiunt.

Maximè verò properabit benignitas, quia, ut idem *Senec.* lib. 3. eodem refert.

Quicquid domi eſt, vile eſt.

Quamvis enim nonnunquam homines admodum laborent in acquirenda re aliqua, eamque maximi pretii æſtimaverint, antequam ſibi vindicarent: nihilominus tamen, ubi iam voti ſui participes facti fuerint, non quidem urgente neceſſitate, ſed ex mera liberalitate, vel etiam oſtentatione, ſæpenumero ſolent aliis donare, ut videmus in venatoribus, qui nonnunquã cum periculo vitæ leporem ſectentur, quẽ ubi ceperunt, magni non faciunt, ſed aliis conferunt. Idem igitur de ditioribus in ſimili ſentiendum erit: niſi tamen avaritia concurrat. Nihil enim verius eſt, quam quod *Saluſt.* ſcribit in Orat. ad C. Cæſ. de Repub. quando ait:

Vbi divitiæ caræ habentur, ibi omnia bona venalia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.

Unde & *Mimus* rectè ait

Avarus, nisi cum moritur, nihil rectè facit.
Et *Senec.* Epist.94. sic scribit:

Sana avaritiam, & non habebis, quod admoneas aut pauperem aut divitem.

Et pulchrè *Valer.Max.* lib.9. scribit,

Avaritia nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima.

Et de avaritia sic scribit *Senec.* de natur. quæstion.

Avaritia quicquid omnib. abstulit, sibi negat.

Et *Senec.* Epist.10. ita memorat.

Vitia te mercede solicitant, avaritia pecuniã promittit: luxuria multas ac varias voluptates: ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam.

Quod si igitur semota & exclusa hic fuerit avaritia ad informationem *Senecæ* Epist.20. quando ait.

Quanta dementia hæredis sui res procurare, & sibi omnia negare? Magna enim hæreditas ex amico inimicum facit. Plus enim gaudebit tua morte, quo plus accipiet: de qua re infra sub parsimonia. Fieri non poterit, quin beneficentia properet, ut laudem & nomen mereatur, sed & vice versa promptitudo est ex parte accipientis, cum ut *Senec.* scribit lib. 2. de benefic.

Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit.

Nam ut *L. Apuleius* 3. Floridor. scribit:

Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur, aut partum pretium accipit qui rogatur.

Hic quæstio illa Juridica moveri posset data occasione loquendi de promptitudine tam dantis, quam accipientis, utrùm ex promptitudine accipientis feudum ita contractus feudalis interpretari & extendi debeat, quo minus *fœmina à successione feudi semel exclusa*, semper censeatur exclusa? Id quod doctorib. in cap. 15. quinetiã sub tit. Episcop. vel Abbat. in usib. feudorũ. negandum visum fuit. Cuius rei ratio ita explicanda erit, ut quæramus, num pactũ illud, quod in contractu intervenit, sit de natura contractus, vel præter ejus naturã. Illo enim casu, plenissima recipietur interpretatio, non quidem pacti tanquam pacti, sed pacti, quatenus cum natura contractus coincidit. Hoc verò casu strictior erit interpretatio adhibenda. Quæ distinctio si iam transferatur ad hypothesin, constabit ex Jure feudali, fœminas ab omni successione excludi, non tam propter servitia militaria, quibus Venus non gaudet: sed & quia feuda sapiunt jus aliquod publicum, in quo itidem minor est consideratio mulierum. Quo præsupposito, luce meridiana clarius evadit, ꝙ fœmina semel à feudi Jure exclusa, vel etiã à successione ejus, in æternũ omni Jure reputetur exclusa & privata.

einen Schandflecken anhangen mag: vel etiam si *intra annum & diem* investiturã à domino vel successore ejus non petierit: Ubi licet vasallus quilibet pro sese habeat integrum annum, ex quadam pleniori interpretatione, (quò minùs faciles simus ad privationem fingendam) ea tamen differentia est, ut si elapsus fuerit annus & mensis, omnino vasallus privetur Jure feudi, si causam allegare iustam, eamque probare non possit, propter quam intermiserit investituram petere. Verum intra annum & mensem vasalli causa ad huc favorabilior erit, ubi licet elapsus sit annus, si tamen quid in medium adduxerit excusationis, præsumptio hactenus pro vasallo esse videtur, ut, nisi dominus respectu mensis illius probaverit manifestam feloniam & injuriam, vasalli jus in petenda investitura potius sit. Et sic in effectu res eo recidet quo ad hanc difficilem (ut putant) antinomiam, ut plenior illa interpretatio in feudo proprio recipiatur, quod videlicet seculare est, & sub servitiis militaribus concessum iuxta communem feudistarum sententiam, qui de milite illud exaudiunt, quod de anno & mense in Jure feudali proponitur.

Neque immeritò, ut ex hactenus adductis apparet. Nam in aliis magis impropriis feudis ex interpretatione, & natura stri-

cta feudorum impropriorum, venit solummodo annus & dies. His ita consideratis nihil in contrarium facit, Quod miles de Jure feudali pro Vasallo capiatur.

Nam hactenus illud refragaretur, si ex expressa lege decisio veniret, & non per aliquam interpretationem & accidentiam. maximè verò, quia in Jure feudali 1. F.6. Episcoporum, Abbatum & Abbatissarum fit mentio, & quidem primo loco: qui videlicet feuda dare possint, etiamsi nunquam probari queat, hasce personas propria feuda conferre. Sed hæc paulo fusiùs de hac difficultate: Et ita in genere de ingratitudine, quæ committitur adversus personam ipsius domini feudum concedentis, quibus casibus feudum amittitur propter ingratitudinem & feloniam, & ad dominum revertitur. Verum si vasallus committit aliquod parricidium (generalius etiam extra personam partis terminum extendendo) vel si aliquem incestum commiserit, ut eatenus honeste in curia domini & inter milites versari non possit, da also die Fahne vber jhm möchte zusammen geschlagen werden. Feudum quidem propter feloniam ammittitur ex parte Vasalli, Sed ad agnatos Vasalli proximos devolvitur. Et licet ius feudale meminerit quarti gradus agnatorum, hoc tamen

tamen non tam absolute intelligendum, quam secundum quid, & quatenus feudum antiquum præsumitur. Regula enim in Jure constituitur ex his, quæ communiter accidunt: & hactenus definitio super communi accidentia fundata, legalis habetur.

Quemadmodum autem in genere beneficiorum multa sunt singularia, ita & hoc singulare est, ut non tantum de quadam necessitate Vasalli seu pares curiæ requirantur testes ad acquisitionem feudi & beneficii, sed & Vasalli ejusdem curiæ erũt judices, si nimirum controversia orta fuerit inter dominum & Vasallum, hactenus tamen, ut ex hac regula excipiatur princeps, si modò præsens sit, 5. F. 21. f. qui in propria causa judicare potest, tanquam is, qui legibus sit solutus. Hîc pleraque alia quæ ad jus feudorum spectant, recenseri possent: sed sufficiat summa tantum capita attigisse, cùm reliqua repeti queant ex commentariis Interpretum consuetudinum Feudalium.

Interim tamen ex agro Juris civilis huc transferri posset omnis propemodùm materia, quæ de DONATIONIBUS tractat, in quibus itidem ingratitudo cum effectum operatur, ut donationis revocationi locus sit. Præterea, quandoquidem

dem *videndum est*, *ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis noceat nemini*, ut loquitur *Cic.* lib. 1. de offic. & consequenter quæ nec nobis ipsis noceat ut supra ex *Seneca* relatum est in lib. de beneficiis, illud consequens efficietur, ut, si donator liberos susceperit, postquam donaverit omnia sua bona vel etiam majorem partem eorum, similiter locus sit revocationi, ex causa, ne quis noceat liberis nascituris: quemadmodum hæc quæstio fusissimè pertractatur in leg. si unquam, Cod. de revocandis donationibus. Multò magis igitur ex hac ipsa causa, quæ in districtum iustitiæ incidit, nulla erit donatio illa Constantini, quæ facta dicitur Sylvestro.

Sed quantum ad hanc justitiæ partem suum cuique tribuentem attinet, ita comparatum est, ut in illis beneficiis & donationibus, quæ excesserint 500. solidos, insinuatio & acta publica requirantur, scilicet quo minus donator revocet id, quod donavit, negans donationem eò usque extendi: vel etiam quò minus donatarius multò plus forsitan exigat, quam donatum fuerit ultra summam 500. solidorum. Privata autem videtur ratio insinuationis, non publica. Quapropter nec princeps erit astrictus ad ejusmodi insinuationem in his donationibus, quas vel ipse facit, vel quæ ipsi factæ

factæ fuerint. Aliâs verò princeps his, quæ publici Juris sunt hactenus parere præsumitur, nisi de contraria ipsius voluntate directò & evidenter constet, ut videmus in materia testamentorum: ubi licet legibus solutus sit, interim tamen iis se vivere profitetur, per §. final. quibus modis testamenta infirm.

Ex hoc fundamento etiam disputari posset cum Matth. Wesenbec. materiam de donationibus ad jus prætorium referri debere. Sed diversa sententia, quæ eam juri civili afferibit, verior est, ut per doctores ad principium, de donationibus. Quod si quis hic latius vellet evagari, etiam materiam *de legatis & testamentis* huc transportare posset, utpote cum legatum in genere etiam donatio quædam definiatur. Quatenꝰ igitur donationes plenius sunt interpretandæ, quæ fiunt in ultima voluntate, eatenus dubium non est, impossibiles conditiones vel quæ turpitudinem aliquam contra leges contineant, pro non adjectis reputari. Similiter etiam hinc colligi posset, quod in dubio electio videatur dari legatario, & non hæredi, maximè verò quo ad qualitates legati. Et si quæ sunt ejus generis infinita alia, quæ ex pleniori interpretatione beneficii per ultimam voluntatem

tatem collatæ promanant, quæ omnia persequi nec loci nec instituti est.

Redeamus eò, unde digressi sumus, & consideremus, ut si obtinuerimus beneficium, grati existamus & honestè loquamur de ipsis benefactoribus. Nam teste *Seneca* lib. 2. de benefic.

Nullum est tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit, nullum tam angustum, quod non bonus interpres extendat.

Cui simile est illud *Poetæ*:

Sit bonus interpres, nil mala verba nocent.

Et

Sit malus interpres, nil bona verba juvant.

Verùm de gratitudine specialiùs subjiciamus.

DE GRATITVDINE.

Beneficiorum memoria senescere non debet.

Inquit *Seneca* de deneficiis. Nam *Plauto* attestante in Persa

Improbus est homo, qui beneficium scit sumere & reddere nescit.

Imò verò, nec in suprà adductis casibus quo ad feudum vel donationem acceptam quis potest esse ingratus, quò minus auferatur feudum vel res donata, si modò res donata adhuc sit penes donatarium, prout feudum semper solet remanere penes feudatarium. Verùm quemadmodum attestante *Seneca* 2. de benefic.

Qui

Qui gratus futurus est, statim, dum accipit, de reddendo cogitat.

Ita docente *Cic.* 2. Rhetoric.

Impudens est, qui pro beneficio non gratiam verùm mercedem postulat.

Etsi enim *Cic* innuente 1. Offic.

Nullum officium referenda gratia magis necessarium:

Ut & ipse *Cic.*lib.2.de Finib.scribat

Volo & esse & haberi gratus.

Non tamen semper aliqua merces postulari poterit, si aliâs gratia præstetur; nisi fortasse in aliquibus casibus juris feudalis. Interim tamen gratia illa per quandam præcellentiam intelligi debebit, quò minus verificari possit id, quod *Seneca* scribit lib.2.de benefic. quando ait:

Quidam furtivè gratias agunt, & in angulo, & ad aurem: verentur palam ferre, ut sua potius virtute, quàm alieno adjutorio habere dicantur.

Quemadmodum autem gratitudo virtus est eximia: ita ingratitudo vitium est pessimum; de qua ingratitudine conqueritur *Catull.* quando scribit,

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè, est.

De hac ingratitudine etiam loquitur *Philippus Melanchthon* lib.1.Epigram.quando ait;

Sunt

Sunt homines humeris quos si quis gestet ad urbi
Ausoniam, domiti qua caput orbis erat:
Ni tamen ad portam placidè deponat eosdem
Gratia præteriti nulla laboris erit.

De hac etiam subaudiri posset *Martialis*, quando scribit.

Et sua riserunt secula Mæoniden

Cui simile est illud *Iuvenal.* Satyr. 7. quãdo scribit.

------ Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nũmos, nisi fulserit annulus ingens

Ingratitudo autem diversimodè considerari potest, prout *suprà sub pietate* enumeratum est, vel respectu Deorum vel hominum. Et quantum ad homines, in genere omnes considerari possunt, à quibus quid beneficii accepimus. Eiusmodi sunt *patroni*, à quibus liberti libertatem suam acceperunt. Unde & si extiterint liberti ingrati, sub servitutem revocari poterunt, ut patet ex titulo de Jure personarum. Similiter ingratitudo considerari potest respectu *parentum*, quibus æquivalens pretium nũquam reddi potest, ut non immeritò *Seneca* lib. 3. de beneficiis scribat in hæc verba.

Quicquid præstiti patri, etiamsi magnum est, infra æstimationem pars muneris est.

Quocirca, si quæ ingratitudo commissa fuerit contra parentes, exhæredationi & exclusioni ab hæreditate locus est, etiam ob plu-

ob plures causas, quàm quæ in Novell. 115. comprehensæ sunt. Quæ exclusio licet sit odiosa, attamen extenditur de casibus similibus ad similes & majores, ut ne ingratitudini contra parentes admittendæ magis fenestra quædam aperiatur, quàm ut occurratur. Et ingratitudo non tantùm vindicatur in liberis, qui sub potestate patris sunt, sed & in emancipatis; qui ratione ingratitudinis sub jugum patriæ potestatis revocari possunt.

Ingratitudo etiam adversus *præceptores* committitur. de qua *Seneca* præceptor Neronis lib. 3. de benefic. sic scribit,

Ad præterita rari animum retorquent. Sic fit, ut præceptores, eorumq; beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus.

Ingratitudo similiter committitur adversus *donatorem*. Nam donatarius ad antidora naturaliter tenetur, secundùm opinionem Bartoli de Saxo Ferrato in leg. 28. §. consuluit num. 1. ff. de petit. hæreditat. Verùm de hisce etiam suprà videre est.

DE MISERICORDIA.

Verè & eleganter scribit *Seneca* in proverbio,

Malum alienum tuum ne feceris gaudium. utpote, cùm fortuna sit inconstans; de qua semper intelligi potest illud vulgatum.

Hodie mihi, cras tibi.

Cui consonat illud *Ovid.* lib. 5. de Trist. quando ait:

Ille qui quondam miseris alimenta negârat,
Nunc mendicato pascitur ille cibo.

Nam,

——— *Non, si male nunc, & olim*
Sic erit.

Quocirca rectè *Mimus* ait:

Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.

Unde *Terent.* Comœd. ult. sic scribit:

Iudices sæpe propter invidiam adimunt diviti, aut propter misericordiam addunt pauperi.

Id quod, non nisi suo saltem respectu fieri potest, & ab his judicibus qui superiores sunt, & legis ferendæ facultatem & majestatem habent, atque adeò quadantenus soluti sunt legibus. Nam si alii judices quid fecerint contra leges, non excusabuntur. Misericordia autem à *Cic.* in Tuscul. quæst. sic describitur.

Misericordia est ægritudo ex alterius rebus adversis.

Sanè etsi misericordia digna sit homine virtus, nihil tamen est magis quotidianum quàm quod *Cic.* scribit de partit. orat. quando ait:

Citò arescit lachryma præsertim in alienis malis

Verùm utut hoc sese habeat, *nemo* tamen ipse

ipse *poterit renunciare favori miserationis*, prout alicubi scribit celeberrimus Jureconsultus Sichardus: Quoniam in genere, hisce, quæ contra naturam sunt, nemo homo renunciare potest, utpote qui nec hactenus membrorum suorum dominus sit. Ex qua definitione multa alia de genere misericordiæ determinari possent apud Jureconsultos, ut quando scribunt: quod beneficio cessionis bonorum per pactum renunciari non possit; quemadmodum hanc decisionem & doctrinam proponit Hippolytus Bonacosa in communibus opinionibus, in verbo, pactum. Et si quæ similia multa fundata sunt in miseratione, quibus haud magis renunciari potest, atq; ingratitudini vel dolo futuro sicuti de hisce patet per Mozz in tractatu suo de deposito colum. 5. & per Hippolyt. Bonacossa suprà dicto loco.

DE HOSPITALITATE.

Hospitalitas de magna laude est, de majori fuit præteritis seculis: unde adhuc hodie dignitas hospitum videtur quadantenus derivari. Imò verò, quatenus hospes videtur patronus hospitis passivi, non malè Anton. Gabrielius in communibus suis conclusionibus eò alludit, quasi

cta feudorum impropriorum, venit solummodo annus & dies. His ita consideratis nihil in contrarium facit, Quod miles de Jure feudali pro Vasallo capiatur.

Nam hactenus illud refragaretur, si ex expressa lege decisio veniret, & non per aliquam interpretationem & accidentiam. maximè verò, quia in Jure feudali 1. F.6. Episcoporum, Abbatum & Abbatissarum fit mentio, & quidem primo loco: qui videlicet feuda dare possint, etiamsi nunquam probari queat, hasce personas propria feuda conferre. Sed hæc paulo fusius de hac difficultate: Et ita in genere de ingratitudine, quæ committitur adversus personam ipsius domini feudum concedentis, quibus casibus feudum amittitur propter ingratitudinem & feloniam, & ad dominum revertitur. Verum si vasallus committit aliquod parricidium (generalius etiam extra personam partis terminum extendendo) vel si aliquem incestum commiserit, ut eatenus honeste in curia domini & inter milites versari non possit, da also die Fahne vber jhm möchte zusammen geschlagen werden. Feudum quidem propter feloniam ammittitur ex parte Vasalli, Sed ad agnatos Vasalli proximos devolvitur. Et licet ius feudale meminerit quarti gradus agnatorum, hoc tamen

tamen non tam absolute intelligendum, quam secundum quid; & quatenus feudum antiquum præsumitur. Regula enim in Jure constituitur ex his, quæ communiter accidunt: & hactenus definitio super communi accidentiâ fundata, legalis habetur.

Quemadmodum autem in genere beneficiorum multa sunt singularia, ita & hoc singulare est, ut non tantum de quadam necessitate Vasalli seu pares curiæ requirantur testes ad acquisitionem feudi & beneficii, sed & Vasalli ejusdem curiæ erũt judices, si nimirum controversia orta fuerit inter dominum & Vasallum, hactenus tamen, ut ex hac regula excipiatur princeps, si modò præsens sit, 5. F. 21. f. qui in propria causa judicare potest, tanquam is, qui legibus sit solutus. Hîc pleraque alia quæ ad jus feudorum spectant, recenseri possent: sed sufficiat summa tantum capita attigisse, cùm reliqua repeti queant ex commentariis Interpretum consuetudinum Feudalium.

Interim tamen ex agro Juris civilis huc transferri posset omnis propemodùm materia, quæ de DONATIONIBUS tractat, in quibus itidem ingratitudo eum effectum operatur, ut donationis revocationi locus sit. Præterea, quandoquidem

dem *videndum est, ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis noceat nemini*, ut loquitur *Cic.* lib. 1. de offic. & consequenter quæ nec nobis ipsis noceat ut supra ex *Seneca* relatum est in lib. de beneficiis, illud consequens efficietur, ut, si donator liberos susceperit, postquam donaverit omnia sua bona vel etiam majorem partem eorum, similiter locus sit revocationi, ex causa, ne quis noceat liberis nascituris: quemadmodum hæc quæstio fusissimè pertractatur in leg. si unquam, Cod. de revocandis donationibus. Multò magis igitur ex hac ipsa causa, quæ in districtum iustitiæ incidit, nulla erit donatio illa Constantini, quæ facta dicitur Sylvestro.

Sed quantum ad hanc justitiæ partem suum cuique tribuentem attinet, ita comparatum est, ut in illis beneficiis & donationibus, quæ excesserint 500. solidos, insinuatio & acta publica requirantur, scilicet quo minus donator revocet id, quod donavit, negans donationem eò usque extendi: vel etiam quò minus donatarius multò plus forsitan exigat, quam donatum fuerit ultra summam 500. solidorum. Privata autem videtur ratio insinuationis, non publica. Quapropter nec princeps erit astrictus ad ejusmodi insinuationem in his donationibus, quas vel ipse facit, vel quæ ipsi factæ

factæ fuerint. Aliâs verò princeps his, quæ publici Juris sunt hactenus parere præsumitur, nisi de contraria ipsius voluntate directò & evidenter constet, ut videmus in materia testamentorum: ubi licet legibus solutus sit, interim tamen iis se vivere profitetur, per §. final. quibus modis testamenta infirm.

Ex hoc fundamento etiam disputari posset cum Matth. Wesenbec. materiam de donationibus ad jus prætorium referri debere. Sed diversa sententia, quæ eam juri civili afscribit, verior est, ut per doctores ad principium, de donationibus. Quod si quis hic latius vellet evagari, etiam materiam *de legatis & testamentis* huc transportare posset, utpote cum legatum in genere etiam donatio quædam definiatur. Quatenus igitur donationes plenius sunt interpretandæ, quæ fiunt in ultima voluntate, eatenus dubium non est, impossibiles conditiones vel quæ turpitudinem aliquam contra leges contineant, pro non adjectis reputari. Similiter etiam hinc colligi posset, quod in dubio electio videatur dari legatario, & non hæredi, maximè verò quo ad qualitates legati. Et si quæ sunt ejus generis infinita alia, quæ ex pleniori interpretatione beneficii per ultimam voluntatem

tatem collatæ promanant, quæ omnia persequi nec loci nec instituti est.

Redeamus eò, unde digressi sumus, & consideremus, ut si obtinuerimus beneficium, grati existamus & honestè loquamur de ipsis benefactoribus. Nam teste *Seneca* lib. 2. de benefic.

Nullum est tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit, nullum tam angustum, quod non bonus interpres extendat.

Cui simile est illud *Poetæ*:

Sit bonus interpres, nil mala verba nocent.

Et

Sit malus interpres, nil bona verba juvant.

Verùm de gratitudine specialiùs subjiciamus.

DE GRATITVDINE.

Beneficiorum memoria senescere non debet.

Inquit *Seneca* de beneficiis. Nam *Plauto* attestante in Persa

Improbus est homo, qui beneficium scit sumere & reddere nescit.

Imò verò, nec in suprà adductis casibus quo ad feudum vel donationem acceptam quis potest esse ingratus; quò minus auferatur feudum vel res donata, si modò res donata adhuc sit penes donatarium, prout feudum semper solet remanere penes feudatarium. Verùm quemadmodum attestante *Seneca* 2. de benefic.

Qui

Qui gratus futurus est, statim, dum accipit, de reddendo cogitat.

Ita docente *Cic.* 2. Rhetoric.

Impudens est, qui pro beneficio non gratiam verùm mercedem postulat.

Etsi enim *Cic* innuente 1. Offic.

Nullum officium referenda gratia magis necessarium;

Ut & ipse *Cic.* lib. 2. de Finib. scribat

Volo & esse & haberi gratus.

Non tamen semper aliqua merces postulari poterit, si aliâs gratia præstetur; nisi fortasse in aliquibus casibus juris feudalis. Interim tamen gratia illa per quandam præcellentiam intelligi debebit, quò minus verificari possit id, quod *Seneca* scribit lib. 2. de benefic. quando ait:

Quidam furtivè gratias agunt, & in angulo, & ad aurem: verentur palam ferre, ut sua potius virtute, quàm alieno adjutorio habere dicantur.

Quemadmodum autem gratitudo virtus est eximia: ita ingratitudo vitium est pessimum; de qua ingratitudine conqueritur *Catull.* quando scribit,

Omnia sunt ingrata, nihil, fecisse benignè, est.

De hac ingratitudine etiam loquitur *Philippus Melanchthon* lib. 1. Epigram. quando ait;

Sunt

Sunt hominis humeris quos si quis gestet ad urbē
Ausoniam, domiti qua caput orbis erat:
Ni tamen ad portam placidè deponat eosdem
Gratia præteriti nulla laboris erit.

De hac etiam subaudiri posset *Martialis*, quando scribit.

Et sua riserunt secula Mæoniden

Cui simile est illud *Iuvenal.* Satyr. 7. quādo scribit.

------ Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nūmos, nisi fulserit annulus ingens

Ingratitudo autem diversimodè considerari potest, prout *suprà sub pietate* enumeratum est, vel respectu Deorum vel hominum. Et quantum ad homines, in genere omnes considerari possunt, à quibus quid beneficii accepimus. Eiusmodi sunt *patroni*, à quibus liberti libertatem suam acceperunt. Unde & si extiterint liberti ingrati, sub servitutem revocari poterunt, ut patet ex titulo de Jure personarum. Similiter ingratitudo considerari potest respectu *parentum*, quibus æquivalens pretium nūquam reddi potest, ut non immeritò *Seneca* lib. 3. de beneficiis scribat in hæc verba.

Quicquid præstiti patri, etiamsi magnum est, infra æstimationem pars muneris est.

Quocirca, si quæ ingratitudo commissa fuerit contra parentes, exhæredationi & exclusioni ab hæreditate locus est, etiam ob plu-

ob plures causas, quàm quæ in Novell. 115. comprehensæ sunt. Quæ exclusio licet sit odiosa, attamen extenditur de casibus similibus ad similes & majores, ut ne ingratitudini contra parentes admittendæ magis fenestra quædam aperiatur, quàm ut occurratur. Et ingratitudo non tantùm vindicatur in liberis, qui sub potestate patris sunt, sed & in emancipatis; qui ratione ingratitudinis sub jugum patriæ potestatis revocari possunt.

Ingratitudo etiam adversus *præceptores* committitur. de qua *Seneca* præceptor Neronis lib. 3. de benefic. sic scribit,

Ad præterita rari animum retorquent. Sic fit, ut præceptores, eorumq; beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus.

Ingratitudo similiter committitur adversus *donatorem*. Nam donatarius ad antidora naturaliter tenetur, secundùm opinionem Bartoli de Saxo Ferrato in leg. 28. §. consuluit num. 1. ff. de petit. hæreditat. Verùm de hisce etiam suprà videre est.

DE MISERICORDIA.

Verè & eleganter scribit *Seneca* in proverbio,

Malum alienum tuum ne feceris gaudium.

utpote, cùm fortuna sit inconstans; de qua semper intelligi potest illud vulgatum.

ipse *poterit renunciare favori miserationis*, prout alicubi scribit celeberrimus Jureconsultus Sichardus: Quoniam in genere, misce, quæ contra naturam sunt, nemo honorenunciare potest, utpote qui nec hactenus membrorum suorum dominus fit. Ex qua definitione multa alia de genere misericordiæ determinari possent apud Jureconsultos, ut quando scribunt: quod beneficio cessionis bonorum per pactum renunciari non possit; quemadmodum hanc decisionem & doctrinam proponit Hippolytus Bonacosa in communibus opinionibus, in verbo, pactum. Et si quæ similia multa fundata sunt in miseratione, quibus haud magis renunciari potest, atq; ingratitudini vel dolo futuro sicuti de his patet per Mozz in tractatu suo de deposito colum.5. & per Hippolyt. Bonacossa supra dicto loco.

DE HOSPITALITATE.

Hospitalitas de magna laude est, de majori fuit præteritis seculis: unde adhuc hodie dignitas hospitum videtur quadantenus derivari. Imò verò, quatenus hospes videtur patronus hospitis passivi, non malè Anton. Gabrielius in communibus suis conclusionibus eò alludit, quasi

ex hospitio in causa civili nemo possit invitus trahi ad judicium, modò hospes activus ejus habeat rationem, eumque in tutelam suam recipiat: etiamsi aliàs hæc definitio concepta sit *de domo sua*, ut verba habent in leg. 18. de in jus vocan. ubi Doctores in magno numero hac de re consuli possunt. Verùm dum *divitiæ hisce temporib. caræ habentur, omnia bona venalia sunt, fides probitas, pudor, pudicitia*, ut *Salust.* scribit in orat. ad C. Cæl. de repub. atque ideò teste *Ovid.*1. Metamorph.

—Nec hospes ab hospite tutus,
Nec socer à genero, fratrũ quoq; gratia rara est.

DE GRATIFICATIONE.

Quemadmodum teste *Plaut*, in Amphy.
Lupus est homo homini.

Cum quo in effectu concordat *Seneca* Epist.103. quando ait.
Ab homine quotidianum periculum.

Id quod & *Plin.* lib. 7. Natural. Histor expertus est, quando scribit.
Hercule homini ex homine plurima sunt mala

Sic è contrario in gratificatione, *homo homini Deus* esse potest, secundùm vulgatum illud dictum, quod & *Plin* lib. 2. Natural. Hist. cap. 6. pluribus exponit, quando ait:

Deus est mortali mortalem juvare, & hæc ad æter

ad æternam gloriam via : hac proceres iêre Romani.

In hoc genere considerari posset ACTIO *negotiorum gestorum*, ubi si quis peregre abierit nulli demãdatâ curâ negotiorum suorum, in Jure quasi contractus iniri dicitur, si quis administrationem illorum negotiorum ultrò, atque ita ignorante domino suscipit.

De qua actione multum disputationis movent, UTRUM *levissima culpa regulariter veniat in hac actione ?* Et videbatur dicendum, negotiorum gestorem non obstringi de culpa levissima, utpote qui quadam misericordiâ ductus susceperit administrationem & curam negotiorum & rerum derelictarum : in qua sententia Matth. Wesenbecius in Paratit. suis ad tit. de negot. gest. se sistit. Sunt tamen alii, qui putant ex actissimam diligentiam requiri ab hujusmodi negotiorum gestore : Id quod venit extra considerationem hujus commiserationis, de qua agimus. Nam si quis fortè ex quadam incogitantia vel potius voluptate processerit ad negotiorum administrationem, non iniquum erit ipsum suę voluptatis in eo luere pœnam, ut de levissima culpa teneatur. Secus verò si commiseratio & necessitas perpendatur in negotiis derelictis: Sub qua distinctione, an philosophan-

do ad unitatem revocari queant illæ ſen-tentiæ, cogitandum relinquimus?

Huc quid poſſet transferri de *Materia mandatorum*, ubi mandato alterius negotia adminiſtranda ſuſcipimus: in quo genere etiam cognati quoad excuſationem rei ſine mandatis comparere poſſunt in judiciis, ſi tamen de rato caveant, vel aliàs cauſa talis ſit, quæ abſente reo proponi debeat vel poſſit: de qua re vide Petrum à Duennas regul. 123. Mynſingerum & alios, cum hujus loci non ſit, hæc pleniùs explicare.

DE FIDELITATE.

Fidelitas ea eſt, ut conſtat ex *Cic.* de offic. quæ aliis virtutibus non immeritò comparanda videtur, ſi non præferenda, ut non iniquè dictum ſit:

Malo mihi fortunam deeſſe, quàm fidem.

Etſi enim nonnunquam luctemur cum fortunæ procellis, nihilominus tamen fides adverſam illam fortunam ſublevare ſolet, hactenus ut & ſint, qui fidem initium feudis dediſſe aſſerant, & *feudum à fide deri-vent*.

Hæc derivatio tamen realis & Logica eſt, non Grammatica, quippe cum ingrato & infideli exiſtente Vaſallo, feudum amittatur; ut eatenus fides ſit de quadam eſſentia contractus feudalis. Quæ vocula etſi

etsi origine suâ Latina sit, nihilominus tamen ad Italicum idioma referri potest, ubi *fede* fidem dicunt: vel per apocopen *fé* cum accentu: quæ duo in idem recidunt. Verùm si Grammatica respiciatur origo verbi, considerari potest, an feudum a fundo dicatur, ubi u litera mutata in o, more Italico, & n lit. abjectâ, fiet fodo: De quo verbo postmodùm confines gentes fecerint feudo, o in eu mutando: prout similia multa reperiuntur. Nam sic à *foco* fit feu, à Rectôr seu Rettôr fit Recteur &c. Neque refert, quòd fondo dicatur Italis retento n. quia & tria apud Latinos ejusmodi verba sunt, nimirum fundus, funda, fundum: ad quam ambiguitatem tollendam probabile esse potest dixisse eos, fodo; prout in simili, sposo, dicunt pro sponso. Verùm hæc alterius generis & loci sunt. Illud subnecti potest, quod propter fidelitatem subditi sicut & Vasalli vocentur à dominis & magistratu Liebe Getrewe/ ubi quærût, an si magistratus cuidam bannito scripserit (fideli nostro) bannum censeatur remissum? Id quod concedi potest quoad ipsum magistratum, non verò, quoad alios, quibus adhuc obnoxius est, nisi hoc ipsum à magistratu expressum fuerit.

Generaliter a. tenendum hoc loco illud, quod scribit *Cic.* lib. 12. Epist. quando ait:

Nulla laßitudo officium impedire & fidem delere.

Nam (ut *Seneca* in Octavia loquitur.)

Ferrum tuetur principem, meliùs fides.

DE CANDORE.

Candorem veracitatis adjunctum constituit Scultetus, & veracitatem observantiam quandam ad justitiam refert: prout & gratitudinem.

Veritatis autem una vis, una facies.

Ut inquit *Seneca* Epist. 120. Et ut *idem* scribit Epist. 80.

Veritas in omnem partem sui semper est eadem.

Ubi addit

Quæ decipiunt, nihil habent solidum, tenue est mendacium, perlucet, si diligenter inspexeris.

Ideoque de veritate prædicari potest illud, quod dicitur, *veritatem premi posse, opprimi non posse*; cum teste *Senec.* lib. 1. de clement. verùm sit, quod

Nemo potest personam diu ferre fictam: Ficta citò in naturam suam recidunt.

Quare & *Cic.* pro M. Cælio sic exclamat

O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fictas omnium insidias facilè se per seipsam defendit.

Etsi autem hoc ita sese habeat, nihilo magis tamen immeritò conqueritur *Ovid.* lib. 1. de Pont. quando ait:

Can-

Candor in hoc ævo res intermortua pene.

Quinimo *Plin.* lib. 8. Natural. Hist. cap. 22. ita scribit:

Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat.

Et *Cic.* lib. 2. de Divinat. fere consimili modo scribit:

Nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo Philosophorum &c.

A quo non multum dissidet illud *Terentii Varron* prout refert *Nonius* quando ait:

Postremò nemo ægrotus quicquam somniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat philosophus.

Id quod tamen excusare quadantenus solent, quando cum *Cic.* regerunt, qui 4. Tuscul. scribit:

Id cuiq; verum, quod cuiq; videtur.

Verùm etiam hac in remedium tenendum erat, prout in genere in omnibus virtutibus. Non enim id simpliciter & semper statuendum, quod cuiq; obiter & sine certo atq; indubitato fundamento videatur, utpote cum *scire sit per causas cognoscere*; De quibus si non constiterit, nec ulla scientia dici poterit rei, quam scire nos arbitramur. Quæ causa est, quòd à testibus regulariter requiratur causa scientiæ suę, usque eò etiam, ut in causis gravioribus & casib. quibusdam causam scientiæ suæ ultrò redde-

dere & profiteri teneantur, si modò velint reputari pro hujuscemodi testibus, qui fidem faciant Judici. Hinc igitur sæpenumero evenire solet, causâ scilicet scientiæ examinatâ, ut illa, quæ certò nos scire credebamus, ad meram incertitudinem redigantur & evanescant, ubi videmus nos deceptos esse. Quo intuitu etiam nonnunquam illi ipsi inter sese discordare deprehenduntur, qui actui alicui semel & simul interfuerunt, quorum pars norunt causas scientiæ allegare; pars verò dubitant, utrùm rectè viderint, vel etiam fideliter retinuerint, nec ne? Quæ duo, si testibus maxime plebeiis & illiteratis proponantur, facilè de suo ipsorum testimonio dubitare incipiunt.

Quantùm igitur ad illud, quòd interdum opinio habeatur pro rei veritate, non adeò infrequens quidem est: sed hactenus tamen hac in re procedendum erit, quò minùs opinio præjudicet rei veritati. Aliud siquidem est, si de veritate non constat; & aliud vicissim, si de ea constare poterit qualitercunque. Illo casu opinio succedere potest in locum veritatis; hoc casu secus.

Eapropter magis videndum, ut inquirendæ veritati operam navemus, usque adeò, ut si fortassè splendidius appareat id, quod

quod in opinione sit, nihilo magis tamen in partes opinionis inclinandũ sit. Inprimis verò curandum, ut rei honestæ & permissæ operam demus, quo casu etsi ex eventu appareat nos deceptos esse, bona tamen fruimur conscientia, de qua *Cic.* sæpiusculè meminit, & inter alia lib. Epist. Famil. ad Brut. scribit:

Nullum est meum peccatum, nisi quòd iis credidi, à quibus nefas putâram esse me decipi.

Idem in simili libr. 3. ad Attic. sic scribit:

Me miserum, quàm omnia essent ex sententia, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset.

Non igitur facilè recedemus à receptis opinionibus, nisi videamus urgentes & prægnantes rationes. Illud enim si fiet, parum abesse experiemur, quin à veritate declinemus ad partes opinionum: quod levitatis incautæ proprium est, à qua cavendum erit. Nullum enim discrimen aliud est, nisi, quod uno casu dolus absit: altero verò, dolus interveniat. Ibi culpa regnat, hîc dolus. Sed tamen pejor conditio est doli, quàm culpæ. De dolo illud intelligendum videtur, quod *Cic.* scribit 2. de Divinat. quando ait:

Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere solemus.

Quanquam etiam de eo accipi potest, qui multa loquitur, & facile credit. Nam teste *Marcell. Paling.* lib. 3. Zodiac.

Qui facilis credit, facilis quoq; fallitur idem.

Sed hic minus vitii subest quam si dolus concurrat. Illud interim *Plin.* lib. 14. Natural. Histor. cap. 22. nobis suppeditat, quod

Vulgo veritas attributa est vino.

Nimirum præter illud, quod refert Seneca lib. 2. de ira, ubi ait:

Veritatem dies aperit.

Multa enim sunt, quæ veritatem promoveant, etiamsi reperiantur quædam obstacula.

DE DILIGENTIA.

Inter alias virtutes non est minima diligentia, cujus si & laudem & effectum considerabimus, & iterum intuebimur ea, quæ ex negligentia proveniant mala & incommoda, fieri non potest, quin diligentiæ studeamus. Nam præ aliis rectè scribit *Cic.* lib. 1. offic. quando ait:

Omnis actio vacare debet temeritate & negligentia.

Cui simile est illud, quod *idem* annotavit lib. 12. Epist. quando scribit:

Nulla lassitudo officium impedire & fidem debet.

Teme-

Temeritate actio vacare debet, quia prudentia primùm consulenda est: deinde adhibenda diligẽtia; quam diligentiam *Virg.* in Epigram. etiam prædicat, quando ait:

Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quàm longi reputaverit acta diei.

Imò verò ibidem diligentiam & negligentiam inter sese opponit, & utriusq; effectus recenset carmine suo, quando scribit:

Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemq; decusq; parabit.
At qui desidiam, luxumq; sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incautâ mente labores,
Turpis, inopsq; simul, miserabile transiget avũ.

Cum quo quantum ad negligentiam in effectu concordat *Claudianus* de consul. Manlii, quando ait:

Desidis auriga non audit verbera currus.

Et *Catull.* ita scribit:

Otium reges priùs, & beatas
perdidit urbes.

Cui simile est illud *Marcelli Paling.* lib. 5. Zodiac. quando ait:

Otia felices evertunt funditus urbes

A quo non multùm discordat *Plaut.* in Persa quando testatur, quod &c.

Qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.

Et *Nonius ex Accio* sic refert,

Multa amittuntur tarditate & socordia.

Nimirum, teste *Aristot.* in Oeconom.

Impossibile est negligentibus dominis servos esse solicitos.

Et *Ovid.* in Epist. ait:

Optima non ullo causa tuente perit.

Quin imò vulgatum illud meminisse fas est.

Otia dant vitia.

Et consonat illud *Lucani* lib. 3. Pharsal quando ait:

——— *Variam dant otia mentem.*

Et de M. Catone verè scribit *Columell.* lib. 11. quando ait:

Illud verum est M. Catonis oraculum:
Nihil agendo homines malè agere discunt.

Quin & teste *Seneca* Epist. 68.

Vitam in odium otium adducere solet.

Nam *Aristot.* memorante 10. de animal.

Nullum ens naturale natum est otiosum.

Et docente *Seneca* de benefic.

Pigritia nutrix egestatis.

Et si rem penitiùs consideremus, non perperam locutus est *Ennius*, prout eum refert *Aul. Gell.* lib. 17. noct. Attic. quando scribit:

Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Quàm cum est negotium in negotio.

Cui convenit illud, quod scribit *Columel.* lib. 12. quando ait:

Vetus est proverbium, paupertatem certissimam

mam esse, cùm alicujus indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi projectum jaceat, quod desideratur. Itaque in re familiari laboriosior est negligentia, quàm diligentia.

Quæ & causa est in Physicis nostris, quod dextrum os brachii ponderosius sit sinistro, & quod dextra sit agilior manus. Nam si ex accidenti contingeret sinistrum os ponderosius esse, sinistra quoque manus futura esset agilior: aut si dextrum & sinistrum os brachii pondere æquivalerent ambidexter homo evaderet, teste Hippocrat. Est & altera diligentiæ & negligentiæ differentia, de qua *Celsus Medic.* lib. 1. sic scribit:

Ignavia corpus hebetat, labor confirmat.

Cujusmodi multa adduci possent; sed & quoad negligentiam meminisse debemus id, quod scribit *Senec.* Epist. 1. quando ait:

Turpissima est jactura, quæ per negligentiam fit. Et si volueris attendere, magna vitæ pars elabitur male agentibus: maxima nihil agentibus; tota aliud agentibus.

Quæ incommoda consequentur negligentiam, & multa alia cùm malum ex malo oriatur. Nam teste Q. *Curtio* lib. 6.

Parva scintilla contempta magnum excitavit incendium.

Id quod *Horat.* lib. 1. Epist. sic expressit.

Et neglecta solent incendia sumere vires.

Idem

Idem *Lucret.* lib. 4. hisce verbis innuit:

Sæpe solet scintilla suos se spargere in ignes.

Quocirca *Silius Ital.* 1. Punic. consulit contra negligentiam hoc carmine

——*Nascentem extinguite flammam,*
Ne sera redeant post aucta pericula cura.

Quæ singula, etsi in terminis loquantur de incendio, & ibidem commissâ morâ atque negligentiâ; per interpretationem tamen longè ulteriùs extendi poterunt & intelligi: Quo intuitu in aliis terminis *Gratius* ita memorat,

Morborum in vitio facilis medicina recenti.

Cum quo convenit illud Persii Satyr. 3. quando scribit

Helleborũ frustra, cùm jam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo.

Et vicissim *Horat.* lib. 1. Sermon. ita testatur.

Neglectis urenda filix innascitur agris.

Et sic de similibus sentiendum, quæ si in terminis non habeamus, Metaphorâ commodè uti poterimus.

Verùm enimverò ILLA ADHIBENDA *diligentia, quæ rei & materiæ subjectæ maximè convenit.* Unde non perperam contra eos, qui inverso ordine utuntur, scribit *Cornel. Celsus Medicus* lib. 1.

Morbi non eloquentia, sed remediis curantur.

Et quidem multi inveniuntur, qui ut dili-

diligentes videantur, modò hoc, modò aliud proponunt, dato etiam, quòd optimè sciant neutrum eorum quicquam ad rem facere. Quæ diligentia vera non est, sed fucata, & propemodùm deterior ipso vitio negligentiæ, quatenus in negligentia culpa quidem, sed in hujusmodi fucata diligentia dolus aliquis exuberet, de qua re paulò pòst pluribus.

AD DILIGENTIAM *autem nos ante omnia movebit* consideratio, quòd in rerum natura nihil sit, quod non diligentiam requirat. Nam in genere loquitur *Horat.* lib. 1. serm. quando ait:

——*Nil sine magno*
Vita labore dedit mortalibus.

Cujusmodi etiam illud *Salustii* est de bello Jugurth. quando ait:

Nemo ignaviâ immortalis factus est.

Et *Mantuan.* 2. Sylv. in hæc verba notat. Et, nisi certanti, nulla corona datur. Ita generale est, quod *Plaut.* in Pers. proponit, quando ait:

Atq; adepol ferme, ut quisque rem procurat suam.
Sic eâ procedit.

Quocirca & *M. Cato* lib. 1. de re Rustica scribit:

Primus villicus surgat, postremus cubitum eat,

Cujusmodi ferè illud est, quod *Horat.* scribit

ſcribit libr. 1. Epiſt. quando ait:

Gnavus manè ſorum, & veſpertinus pete tectũ.

Et *Plaut.* in Perſa ſic memorat:

——— *Vigilare*

Decet hominem, qui vult ſua tempori conficere negotia:

Qui dormiunt libenter, ſine lucro, & cum malo quieſcunt.

Hocq; in tantum exaggerant, ut & ſuadeant, cum precibus manum admovendam aratro: In quam ſententiam *Ovid.* 8. Metamorph. ſic ſcribit:

——— *Ignavis precibus fortuna repugnat.*

Et *Saluſt* de conjur. Catil. ſic ſcribit:

Vbi ſocordia atque ignavia te tradideris, ne quicquam Deos implores, irati infeſtiq; ſunt.

Quatenus igitur nihil eſt, quod non diligentiam requirat, quis erit, qui generaliſſimæ legi naturæ ſeſe ſubtrahere, & non potiùs ſubjicere vellet? Natura enim ita comparata eſt, ut potiùs communi lege vivere velit, quam ut ſpecialitate gaudeat: uſque adeò, ut, etſi in Jure milites ex privilegio ſuo peculiari modo teſtari poſſint coram duobus teſtibus &c. Præſumantur tamen in dubio nolle uti privilegio ſuo: de qua re, & quod privilegiata perſona in dubio potiùs cenſeatur velle uti Jure communi, quàm ſpeciali: & unde hoc ita ſit, & quando etiam res aliter ſeſe habeat, vide latè celeber-

leberrimum Jureconsultum Andream Alciatum in tractatu suo de præsumptionibus reg.3. præsumpt.36. Ubi tamen quò ad militem in contrariam sententiam apertè inclinat.

Præterea *ad diligentiam adhibendam nos commovere debebat utilitas*, & quod per diligentiam omnia possimus obtinere, juxta illud *M. Manilii* lib. 1. Astronom. quando ait:

Omnia conando docilis solertia vincit.

Cujus generis etiam illud *Virg.* est, quando 1. Georg. scribit.

—— Labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

Quo & pertinet illud, quod *Q. Curtius* scribit lib. 8. quando ait:

Nihil tam altè natura constituit, quo virtus non possit eniti.

Et *Quintil.* lib.1.cap.1.sic testatur:

Nemo reperitur, qui studio nihil sit consecutus.

Et licet uno impetu q. vel momento temporis non omnia possint impetrari, attamen perseverabimus, juxta illud Cat.

Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.
Sic studium crescit, non vi, sed sæpe legendo.

Cui consentit *Lucret.* libro 4. quando ait:

Nam

Nam leviter quāvis, quod crebro tunditur ictu
Vincitur in longo spacio tamen, atq; labascit.

Et astipulatur in aliis terminis *Marcell. Paling.* lib. 12. Zodiac. quando scribit:

Non annosa uno quercus deciditur ictu.

Quocirca PRO III. *non nimium properandum est.* Licet enim verissimum credatur, quod scribit *Lucan.* 1. Pharsal quando ait:

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Nihilominus tamen recte quoq; *Quintilia*. memorat lib. 10. c. 1. quando ait:

Nihil rerum ipsa natura voluit magnum effici citò, proposuitq; pulcherrimo cuiq; operi difficultatem.

Cui simile est illud, quod scribit *Apulejus* de Deo Socrat.

Nulla res potest eadem esse festinata simul & examinata: nec est quicquam omnium, quod habeat & laudem diligentiæ suæ simul, & gratiam celeritatis.

Sed contrà PRO IV. *meminerimus illius.*

Interpone tuis interdum gaudia rebus.

Et *Senec.* in Hercul. furente scribit:

Post multa virtus opera laxari solet.

Quò & spectat illud *Statii* lib. 4. Sylv. quando ait:

Tempestiva quies, maior post otia virtus.

Et *Senec* in simili scribit Epist. 79.

Nemo potest valde dolere & diu.

Cujus

Cujus generis est illud *Horat.* de art. poet. quando sub hoc prætextu scribit:

——— *Quandoq; bonus dormitat Homerus.*
Verùm opere in longo fas est obrepere somnum.

Et quidem PROV. *tantò magis incumbemus huic virtuti*, quia teste *Mantuan.* lib. 6. Sylv.

Decrescit requie virtus, adolescit agendo.

Cui simile est, quod suprà ex *Celso Medic.* allegavimus, quando ait:

Ignavia corpus hebetat, labor confirmat.

Et removebimus omnia obstacula diligentiæ, maximè verò in rebus secundis cauti erimus. Nam ut *Liv.* ait decad. 1 l. 7.

Ferme fit, ut res secundæ negligentiam creant.

Quò & spectavit *Salustius* lib. de conjur. Catil. quando ait:

Secundæ res sapientum animos fatigant.

DENIQVE *diligentia adhibebitur in his, quæ possibilia sunt.* Unde *Vellejus Paterculus* lib. 2. sic scribit:

Studium cum spe senescit, & quod assequi non potest, sequi desinit.

Qualiter & considerari potest id, quod scribit *Cic.* lib. 3. de nat Deor. quando ait:

Miserum est nihil proficientem angi.

Et sic quatenus in re possibili & utili diligentia collocabitur, verificabitur *Salustius* de bell. Jugurth. quando scribit:

Animo cupienti nihil satis festinatur.

Et

Et *Diligentia adhibebitur tam in rebus acquirendis, quàm in acquisitis tuendis*, cum teste poeta.

Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri

Quod ipsum *Liv.* quoque testatur dec. 3 lib. 7. quando ait:

Quæ parare & quærere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit.

Quocirca & Jureconsultus Ulpian. in leg. finali de Legibus Jus circa acquisitionem, conservationem & amissionem versari docuit, optimâ sanè ratione, ut pote cum & aliâs res & actiones objecta Juris constituant antiquitus, quibus explicationis causâ tractatus de rebus accessit.

Diligentia, quantum ad jus attinet, in quib. contractibus requiratur vel non, tradunt Juris interpretes in leg. contractus 23. ff. de Jur. quos casus, quia hujus loci non est recensere omnes, ibidem videre datur. Illud interim obiter addemus, quod in leg. Aquil. etiam levissima culpa, quæ in committendo consistit, vindicetur: usque adeò ut nec defensio socii æquè in hoc genere excuset, atque in leg. Cornelia, ubi facilius excusari quis potest, quoad pœnam nimirum ordinariam: quò applicari potest casus A contra B. Verùm hæc obiter, quæ potiùs ad severitatem spectant.

DE SEVERITATE.

Seve-

Severitas *Iuris publici portio est* apud Jureconsultos: Quæ causa est, quòd etiam pœnalia & quæ aliàs odiosa sunt, amplientur & plene intelligantur. Quemadmodum videmus in leg Julia de adulteriis, quæ non tantùm adulteria vindicat, sed & stuprum. Simile videmus in crimine *Læsæ Majestatis*, quod quidem proprie & originaliter committitur contra summum imperii caput, Imperatorem scilicet vel ipsum imperium. Nihilominus tamen usque eò extenditur crimen læsæ Majestatis, si Julio Claro Jureconsulto famosissimo fidem adhibemus, ut etiam contra alios principes superiorem non recognoscentes, imo & recognoscentes superiorem admitti putetur de Jure: Sub hoc justo moderamine, ut licet contra inferiores crimen illud commitri dicatur, adhuc tamen differentia sit inter pœnam, quam ille graviorem meretur & juxta tenorem legum, qui peccavit contra summũ principē, alii vero leviorem: Ut vel ideo severitatē ex litera legis & à Legislatore proficisci & derivari necesse sit.

Unde si ulterius expiscari velimus, *Utrùm pœna arbitraria* à judice usque *ad mortem* inclusive extendi possit? Etsi utrobique autoritates sint magnorum virorum, tamen negativa videtur verior, inspecto illo fundamento, quòd modo præ-

præmissum est, quia scilicet pœna illa capitalis non, nisi à lege, derivanda est: Id quod vicissim suum respectum habet ad illam antiquitatem temporis, quo in caput civis Romani non poterat animadverti, nisi in universi populi congregatione & comitiis publicis. Et quod pœna arbitraria non possit extendi ad mortem, scribit Julius Clarus Jureconsultus suprà citatus, qui hanc opinionem communem & receptam testatur. Quæ tamen hactenus intelligenda est, nisi inferior ille judex simul habeat facultatem legum ferendarum &c.

Etsi autem à Judice regulariter non possit pœna extendi ad mortem, qualescunq; etiam interveniant circumstantiæ: è contrario tamen circumstantiis humanioribus suadentibus pœna à lege statuta suo respectu mitigari potest: ut sub hac consideratione non adeò generaliter procedat doctrina, quæ habet, quod ejus sit absolvere, cujus sit condemnare: Quanquam hæc propositio suam habeat in Jure utilitatem & respectum. Severitas autem ideò in suprà allegatis casibus *necessaria est*, quia salus publica & imperii suadet, ut delicta puniantur. Et rectè *Horat.* 1. sermon. scribit:

—— Tolle periclum,
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.

Cujusmodi est illud *Ciceronis* 3. offic. quãdo ait: *Quo-*

Quotusquisque reperietur qui impunitate & ignoratione omnium propositâ, abstinere possit injuria.

Et in hanc sententiam etiam scribit *Plin.* Natur. Histor. lib. 2. cap. 23. quando ait:

Mirum quo procedat improbitas cordis humani parvo invitata aliquo successu?

Et generalius loquitur *Terent.* in Heavthont. quando ait:

Deteriores omnes sumus licentiâ.

Quocirca & *Cic.* lib. 3. de legibus eleganter notat, & suggerit hæc verba:

Imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominũ universum genus stare; nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.

Quapropter & idem *Cic.* ad Brutum docet, quod

Salutaris severitas vincit inanem speciem clementia.

Ex hoc favore qui, juxta *Cic.* dicto lib. 3. de legib. *Salutem populi supremam legem* constituit, etiam pœnalia extendenda veniunt: quemadmodùm suprà per exempla demonstratum est.

SED & *inter ipsos homines hac in parte discrimen est.* Nam prout testatur *Horat.*

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœna.

De qua posteriori hominum specie *Seneca* in proverb. scribit:

Plerique metu peccare cessant, non innocentia:
Profectò tales timidi, nō innocentes dicendi sunt.

Et de hoc discrimine meminit *Q. Curtius* in aliis terminis, quando ait lib. 8.

Nobilis equus umbra quoque virga regitur:
Ignavus ne calcari quidem concitari potest.

Ideoque oportet, ut magistratus non minùs atque lex, hujus discriminis hominum habeat rationem. Nam attestante *Cic.* lib. 3. de legib.

Verè dici potest, magistratum legem esse loquentem; legem autem mutum magistratum.

VERUM *ut hac in re idoneus & qualificatus sit magistratus, oportet ut ipse aliquando paruerit*, per testimonium *Ciceronis* dicto loco, quando ait:

Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est.

Inprimis autem observabit magistratus, ne pœna excedat delictum. Ideoque *Cic.* 1. offic. scribit:

Ne major pœna quam culpa sit,

Et idem *Cic.* lib. 11. Attic. vicissim tradit in hæc verba:

Eò gravior est dolor, quò culpa major.

Relata enim sunt pœna & delictum: quemadmodum viceversâ præmium & virtus. Unde teste *Senec.* de morib.

Non damnatio, sed causa hominem turpem facit.

Con-

Concordat *Marcellus* in l. ictus fustium 22. de his, qui not. infam. Ex damnatione tamen in dubio ad causam præsumitur, haud secus atque in Jure à pœna præsumitur ad delictum, sic ut gravia illa censeantur delicta, quibus graves in Jure irrogatæ inveniuntur pœnæ, juxta Dd. opinionem.

Et quidem quantum ad ipsum magistratum pro quodam requisito annotari posset, ut primùm sub certa & gravi pœna prohibeat id delicti genus, in quo postea uti velit severitate. Nam in genere loquitur *Seneca* in Troad. qnando ait:

Qui non vetat peccare, cùm possit, jubet.

Unde quis posset differere de quæstione admodùm quotidiana in cathedris, utrùm *propter captas feras* in capientem severitas capitalis pœnæ exerceri possit? Et licet Germanus ille Jureconsultus *Andreas Geil* in Cameralibus suis observationibus lib. 2. cap. 68. quoad ipsam prohibitionem venationum facilè consentiat, tanquam de ea, quæ non sit directò contra Jus gentium; quoad pœnam capitalem tamen calamum comprimere videtur, & in eam inclinare sententiã, quasi satius sit benigniorem negativã opinionem in hac re amplecti: Id quod tamẽ postmodùm alii quidam exaudiunt, quatenus à magistratu sub gravi pœna aliquoties non fuerit prohibita

venatio: quo facto propter contemptum magistratus severitati locum dari posse arbitrantur. Quæ sententia, etsi in sinu juris publici & pro eo facienda præsumptionis dulciter requiescat, adhuc tamen adhibenda videtur cum quodam moderamine rectæ scientiæ & conscientiæ.

Sed & severitatem juvat proprium cujusque judicium, ubi quis cogitur fateri recte factum illud, quicquid severitatis in ipsum constitutum est: Quod fit aut propria declaratione & confessione, ubi postmodùm appellandi Jus planè intercidit: vel si jam antè ejusmodi sententiam in causa simili quis tulerit ipse. Unde *Sextus Cæcilius* (quemadmodum ipsum refert *Aulus Gellius* lib. 20. noct. Attic.) sic ait:

Quæ (obsecro te) ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris?

Verùm cum similia suprà inveniantur, hoc in loco repetitione ulteriori opus non est.

Generaliter autem loquendo semper ipsi delinquenti improbatur factum suum juxta illud *Iuvenal.* quando ait Satyr. 12.

Exemplo quodcunq; malo committitur, ipsi
Displicet autori, prima hæc est ultio, quod se
Iudice nemo nocēs absolvitur, improba, quāvis
Gratia fallacis prætoris vicerit urnam.

Illud hoc loco quæri posset, num multitudo

titudo peccantium deroget severitati: Et cùm teste *Senec.*

Multitudo peccantium leniat iram hominis prudentis: in dubio, ut si plures cædi alicui interfuerint, & non constet de principali reo, absolvuntur omnes à pœna capitali & ordinaria, qualiter hanc opinionem multis proponit Hippolytus Bonacosa in communibus opinionibus in verbo plures. Nihilominus tamen, quando jam constat de reo, severitati locus esse potest. Nam teste *Senec.* de morib.

Vitia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit.

Hæc tamen exaudienda sunt, ut suprà notatum est, quatenus nonnunquam multitudo facit, ut veniæ locus sit, ut videmus ex tit. de pace Constantiæ, in usibus feudorum: sic tamen, ut interim puniantur capita & duces multitudinis, die Anfänger und Redelführer. Quo in loco illa, quæ quantùm ad pœnæ mitigationem necessitatis sunt, aut cujusdam accidentiæ, in consequentiam trahenda non sunt. Nam & in simili casu verè scribit *Senec.* 1. de ira.

Non ideò vitia in usum sunt recipienda, quia aliquando aliquid boni effecerint.

Quâ occasione iterum quis devolvi posset ad illud dubium Juridicum, *an error Ius faciat?* In qua re dubiæ & contrariæ sunt

opiniones. Veritati tamen magis convenit quod error quidem Jus faciat, si à scientibus illud potuisset fieri, quod ab errantib. factum est; sub hac tamen moderationis cautela, ut ne ad consequentiam trahatur illud jus erroris, utpote quod jam antè extiterit ex interpretatione quadam, & non ex legislatoris expressâ mente vel constitutione promanârit.

Severitas autem in genere *duplex* considerari posset, una Dei altera magistratus. De illa recenset *Iuvenal.* Satyra 11. quando ait:

Vt sit magna, tamen certè lenta ira Deorũ est.

Et consentit *Valer. Maxim.* lib. 1. quando scribit:

Lento gradu ad vindictã sui divina procedit ira, tarditatem q; supplicii gravitate compensat.

De Severitate magistratus ex superioribus satis constat, inprimis verò affectus omnes seponendi sunt, ut hoc intuitu laudabiliter scribat *Valer Max.* l. 4. quando ait:

Malo impunitum te dimittere, quàm propter iram justo gravius punire.

DE LENITATE.

Lenitas consequenter à *Cicerone* in Paradoxis ita describitur

Lenitas est justitia in moderatione animadvertendi.

Et Dei dici potest vel magistratus. De illa

la *Ovid.* in Epist. memorat, quando scribit:
Si de tot læsis sua numina quisq; Deorum
Vindicet, in pœnas non satis unus erit.

De qua & illa erunt repetenda, quæ supra sub pietate pleniùs proposita sunt. Quantùm ad magistratum attinet, verè dictum est à *Senec.* lib. 1. de clement. quando scribit:
Tam omnibus ignoscere crudelitas, quàm nulli.

Ubi crudelem *Seneca* audet nominare, qui nulli ignoscere velit. Quatenus enim severitas aliquo modo odibilem reddit hominem, eatenus homo severus nonnunquã utetur lenitate in loco & tempore, ut publicè omnibus notum faciat sese severitate simpliciter neutiquam delectari, sed malle non opus esse ejusmodi remedio, mutatis videlicet circumstantiis. Et quidem lenitate ûtetur, quò minùs severitas crudelitatis titulum obtineat. Et meminerit judex illud, quod proponit *Senec.* dicto lib. 1. de clement. quando notat:

Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quàm medico multa funera.

Qua occasione in materia de lenitate illa moveri posset Juridica quæstio, aliâs satis controversa, an si *fur à carnifice suspensus rupto laqueo* in terrã decidat vivus, iterũ suspendendus sit? Id quod affirmare conatur, inter quos est Niellius in disputat. suis feudalib. Sed cõtraria negativa opinio placet

Matthæo Wesembecio in paratitulis suis ff. de pœnis, quæ intuitu ad lenitatem habito verior videtur & magis communis est: quandoquidem in dubio illa sententia recipienda est, quæ benignior & humanior est, adeoque magis cum jure naturali convenit, ubi jam locus fuit semel datus Juri publico.

Ejusdem generis est, si ponamus casum damnato ad mortem à carnifice *primo ictu non amputari caput*. Tum enim, si adhuc incolumis est reus, dimittendus videtur ex consideratione hujus lenitatis, & quò minus magistratus crudelis videatur, faciens hujusmodi hominem quasi secunda vice occidi. Cum enim in dubio omnia verba hominis, atque adeò etiam verba sententiæ de primo actu intelligenda sint, major pars hominum ex quadam misericordia erga reum eò inclinat, quasi per primum ictum jam satisfactum sit sententiæ, **daß der Verdampte sein Vrtheil vnd recht außgestanden hab.** Quatenus autem discrimen notatur inter verba hominis & verba legis, ut quidem in hominis verbis primus actus subaudiatur, secus verò quoad verba legis: vicissim quæstionis esse posset, an idem sit Juris, si quando magistratus non quidem ferat, sed declaret saltem sententiam, quæ jam antè lata fit ab ipsa lege, distin-

distinguendo videlicet inter sententiam declaratoriam & cõdemnatoriam? Quam quæstionem apud Jurium interpretes invenire datur, cum eam plenius persequi hujus loci non sit.

Interim illa quæstio hujus generis esse videtur, an reus, qui à quadam persona in matrimonium petatur, à capitali pœna liberandus veniat: **Ob einer vom Todt durch ein Weibs Person loß erbetten werden könne?** Id quod Julius Clarus lib. 5. sententiarum §. final. quæst. 98. asserere conatur: etiamsi sint qui in diversam sententiam inclinare velint. Sed & hoc in loco ex consideratione lenitatis & Juris matrimonialis prævalere censebitur mitior opinio: etsi non ubique observetur.

Verùm ut jam lenitati locus sit & detur, judicium adhibendum erit. Quatenus enim verum est, quod scribit *Cic.* 3. de nat. Deor. quando ait:

Nec domus, nec Respub. ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea nec rectè factis præmia extent ulla nec supplicia peccatis.

Eatenus & lenitatis exempla cum quodam judicio erunt usurpanda: inprimis autem cavendum, quò minùs verificetur illud *Juvenalis* Satyra 2. quando ait:

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Et quò minus verum reperiatur illud,

quod notat *Senec*.Epist.87.quando scribit:

Sacrilegia minuta patiuntur, magna in triumphis feruntur.

Cui simile est illud, quod scribit *M.Cato* de re rustica, quando ita loquitur:

Fures privatorum furtorum in nervis & in compedibus vitam agunt: fures publici in auro atque purpura.

Interim tamen quidam respectus interdum facit, ut teste *Isidor*. de sum. bono lib. 2.cap.18.

Sæpe, quod minoribus ignoscitur, majoribus imputetur.

Quoniam & majores plus exemplo delinquunt, quàm re & peccato: Ita contingit etiam, ut mitius puniantur honestiores quàm inferioris cõditionis homines, juxta illud *Iuvenalis* Satyr.12. quando scribit:

——— *Multi*
Committunt eadem diverso crimina fato;

Nimirum quædam semper adhibenda erit discretio, & respectus ad præterita onera, vel Reipub. præstita servitia. Sed in genere eò respiciendum, ne illud intervallum & differentia transcendat Justitiæ limites: maximè verò, cùm natura humana ita comparata sit, ut vel prece vel pretio, vel etiam lachrymis, qualicunq; ratione judicem cõmovere conetur ad misericordiam, & consequentialiter lenitatem obtinendam

nendam apud ipsum. Quatenus enim humoris potulenti portio ad oculos delata, corde leniter constricto atq; ita ad principium suum sanguine recurrente, propter frigus: vel corde dilatato sanguine ascendente propter calorem effluit, lachrymarum liquet duo esse genera, quarum aliæ gaudium, aliæ tristitiam præ se ferant: aliæ vicissim veræ sint, aliæ fictæ: ut taceã quosdam proniores esse ad lachrymas, quàm alii sint, cujus rei causa excutienda Physicis relinquitur. Atq; ita tam verum quàm verissimum est, quod naturâ dictante loquitur *Auson.* quando scribit:

——— Se quisq; absolvere gestit,
Transfert & proprias aliena in crimina culpas.

Ubi, teste *Fabricio*.
Omne vitium habet patrocinium suum.

De qua re & suprà sub candore quædam adducta fuerunt. Quamvis igitur ad lenitatem commovere judicem homines conentur, ipse tamen erit discretior, dignoscens, quid quantumque querelis hominum tribuere debeat vel non, cum attestante *Iuvenal.* Satyr. 14.

——— Catilinam
Quocunq; in populo videas, quocunque sub axe.

Hoc tamen de gravioribus delictis. Nam quantùm ad alia attinet, quæ magis

defectus naturæ sunt, secus est: de quibus illud vulgatum.

——*Nemo sine crimine vivit.*

His enim cùm pœna quædam ordinaria non sit imposita, atq; adeò nec locum habeat severitas, consequenter quoq; locus nullus erit lenitati.

DE TEMPERANTIA.

Cicero sub temperantia generaliùs intellecta in Par. comprehendit Justitiam & fortitudinem. Hoc verò in loco (prout id evincit relatio & subjecta materia) paulò specialiùs terminus capitur: Et à *Cic.* de Finib. describitur hoc modo,

Temperantia est moderatio cupiditatum rationi obediens: vel ut *ibidem.*

Temperantia est, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis rationem ut sequamur, monet: aliâs modestia dicta.

Verùm & hæc descriptio paulò videtur uberior. Sed & pro subjecta materia aliæ reperiuntur explicationes. Nam à *Stoicis*, teste *Cic.* de offic. sic definitur, ut

Temperantia sit scientia earum rerum, quæ agentur aut dicentur, suo loco collocandarum.

Vel ut *ibidem.*

Est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.

Sed specialissimè interdum accipi potest temperantia, pro ea virtute, quæ gulam

lam moderetur & ventrem. De qua etsi teste *Seneca* in Epist. scribat:

Venter præcepta non audit, poscit & appellat;

Nihilominus subjicit

Non tamen molestus est creditor, parvo contentus est, si das illi, quod debes, non quod potes.

Quod generalius *Cicero* extendit, quando ait:

Optimè cum hominibus ageretur, si parvo possent esse contenti.

Temperantia à Sculteto distribuitur in continentiam & parsimoniam: sed hic paulò pleniùs, ut sequitur

DE VERECUNDIA ET CIvilitate.

Cicerone teste in partit. Orat.

Verecundia custos est omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemq́ maximè consequens.

Sed & generalius loquendo, discrimen hoc in genere est, prout in omnibus virtutibus: ideoque & tempus & circumstantiæ attendendæ Nam *Arist.* 4. Ethic. sic innuit:

Verecundia non convenit omni ætati, sed juvenili. Iuvenes verecundos laudamus, senem verecundum nemo laudabit.

Similiter *Plautus* in trinummo considerat tempus & circumstantias in verecundia, quando ait:

Verecundari neminem

Ad mensam decet. ———

Cum quo convenit versiculus ille *Sabini* Poëtæ:

Utilis in mensa non solet esse pudor.

Quanquam enim in ipsa mensa quædam requiratur civilitas & verecundia, ut nec immeritò quidam ita solitus fuerit hospites suos admonere.

Quisquis ad exiguã vis mecũ accedere mensam,
Sedulus ausculta, quæ monuisse velim.
Consule quæso boni, si quæ præsentia vina:
Fercula quæ porto, consule quæso boni.
Sis hilaris mecum, sis & sincerus amicus,
Nec moveas ulli jurgia forte viro.
Si quæ privatim dicantur publica nunquam
Feceris, atque idem sis maneasq; mihi.

Ea tamen verecundia esse debet, quæ non è diametro adversetur fini, propter quem illud ipsum, quod agitur, institutum sit. Cumque in mensa quis sit, ut cibo potiatur & potu, non ita verecundari debet, ut in totum ab hisce abstineat. Idem de similibus judicium esto. Quocirca ubique circumstantiæ ante oculos habendæ sunt ut satis acute *Plautus* quoque scripserit quando in Milit. glori. ait:

Itidem, ut tempus anni, ætatem aliam aliud factum convenit.

Extra hanc considerationem verecun-

dia maxime laudanda videtur. Nam & *Plauto* attestante in Pœnul.

Pulcrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt.

Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

Et *Seneca* Epist. 55. eleganter scribit:

Argumentum morum ex minimis licet capere: impudicum incessus ostendit: improbum vultus: insanum risus habitusq;

Et quidem in hoc genere inprimis observandum est id, quod scribit *Cic.* 1. offic. quando ait:

Quæ natura occultavit, eadem omnes qui sana mente sunt, removent ab oculis.

Et idem *Cic.* in orat. de Aruspic. respons. in senat. sic memorat:

Miserior es, cùm in omnem fraudem oculis raperis, quàm si omnino oculos non habueris.

Huc suo respectu referri posset versiculus,

Non Deus est animus, cui recta gaudia mentis,
Displiceant, si non pietas violatur & æquum.

Eode hoc genere *Cic.* loquitur 1. offic. quando scribit:

Vt pueris non omnem licentiam ludendi damus; sed eam, quæ ab honestatis actionibus non sit aliena: sic in ipso joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Verecundiæ autem sedes sunt genæ.

Asseve-

Asseverante *Plinio:* quæ rubescere solent, si quid novi & insperati accidit: quod tum & ita fit, (secundùm physicos) ut, etsi primùm calor in pudore ad interna aufugit, sese tamen sine dilatione quasi foras diffundat, atque ita propter repentinum motum calor secum ipso certare videatur, ubi cum calore sanguis excitetur. Qua ratione contingere potest, ut puella aliqua occurrens amatori suo rubore suffundatur. Quæ tamen pleniùs repetenda sunt ex physicis.

Etsi autem *Plinio* Epist. 4. teste:

Recta ingenia debilitat verecundia:

Et vice versa eodem subinnuente,

Perversa confirmat audacia.

Non tamen eò minus alenda erit verecundia, utpote cùm ea, quæ ex accidenti fiant, & aliâs per sese bona sint, non derogent ipsi honestati rei. Quod si enim hoc, etiam propter abusum (ut simile ponatur) usus tollendus foret: quod tamen nemo sanæ mentis asseveraverit. Qua propter potius contrà eò enitemur, ut Verecundiæ suus locus sit suumque tempus, quemadmodùm de omnibus virtutibus dici potest: ut ex superioribus patet, quæ medium eligi volunt.

DE TACITVRNITATE.

Natura homini unum concessit os, aures verò duas: Idque non abs re. Nam innuere

nuere voluit necesse esse plura audire, quam loqui. Id quod & *Senec.* de moribus pro mandato quasi suggerit, quando ait:

Auribus frequentiùs, quàm lingua utere

Et *Pomponius Tragic.* (prout ipsum refert *Nonius*) ita scribit:

Auscultare disce, si nescis loqui.

Nimirum, quia aures numero duæ sunt, minus laboris sustinebunt, quam si una, omne onus & functionem audiendi in se susciperet. Unde, si difficultatis quid occurrit, majus negotium auribus, & minus ori imponemus. Imò verò & aures quasi ore superiores, & facultas audiendi semper anteponenda erit facultati loquendi, tanquã inferiori, & quæ id, quod loquatur, habeat ex auditu & beneficio aurium. Et eleganter scribit *Senec.* Epist. 38. quando ait:

Non multis verbis opus est, sed efficacibus: seminis modo spargenda sunt.

Et generaliter *Ovidius* scribit lib. 2. de Pont. quando ait:

Lingua sile, non est ultra narrabile quicquam.

Et *Scaurum* conferentem inter sese taciturnitatem & loquendi facultatem inducit *Senec.* 5. controvers. ubi sic erumpit:

Ajebat Scaurus rem veram: minùs magnam virtutem esse scire dicere, quàm scire desinere.

Id quod tamen de excessu videtur intelligendum.

Com-

Commovebit autem nos ad taciturnitatem *utilitas.*

Nam teste *Valer. Max.* lib. 2.

Taciturnitas optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum.

Et *Horat.* 3. carm. ita scribit:

Est & fideli tuta silentio
Merces ———

Quocirca & *Ausonius* suadet taciturnitatem, quando ait:

Quod facturus eris, dicere sustuleris.

Et *Plaut.* in Epidic. sic loquitur:

Quod boni est, id tacitus taceas tute tecum & gaudeas.

Et simile est illud Poetæ,

Qui sapit in tacito, gaudeat ille sinu.

Sanè illa commoda, quæ ex taciturnitate nobis accedant ex contrapositione malorũ, *Horat.* exprimit l. 1. Epist. quando ait:

Sed tacitus pasci si posset, corvus haberet
Plus dapis, & rixæ multò minus invidiæq;

Et incommoda loquacitatis exprimit *Seneca* in Medea, quando ait:

Professa perdunt odia vindictæ locum.

Et *Senec.* in Thyest. sic scribit:

Tacere multis discitur vitæ malis.

Etsi enim verum sit illud *Senecæ* in proverb. quando scribit:

Pejora sunt tecta odia, quàm aperta: & agnosci amat, qui odium ostendit.

Adeo-

Adeoque aperte odisse magis ingenuum sit, quàm odium supprimere: attamen quia ex professione illa multa nobis incommoda scaturire possunt, attendendum, quò minùs hac in parte nobis ipsis facessamus negotium. Et quidem in simili apud Jureconsultos quæstio ventilatur, an *Advocatus in causa bona fallaciis* uti possit ad obtinendam victoriam? Id quod quidam negare conantur ex illo fundamento quoniam non sunt facienda mala, ut eveniant bona: alii tamen contrarium tenent: siquidem teste *August.*

Si justum bellum suscipitur, utrùm apertè quis pugnet, an ex insidiis, nihil ad Iustitiam interest.

Cujus quæstionis dubiæ ex ipso jure & ejus Interpretibus repetenda erit plenior explicatio. Hujus generis est quod *Diogenes* memorat de vita & moribus Philosophorum, quando ait:

Quadam dixisse me aliquando pœnituit, tacuisse nunquam.

Et facit consilium, quod *Seneca* in Hippolyt. nobis suppeditat, quando ait:

Alium silere quod vis, primus sile.

Et *Senec.* de morib. idem aliis verbis pleniùs proponit, quando scribit:

Quod tacitum esse velis, nemini dixeris. Si tibi nō imperasti, quomodo ab alio silentiū speras?

Imo

Imò verò quomodo alium poteris existimare fideliorem in re tua privata, quàm te ipsum utpote cùm omnis amor à nobismet ipsis oriatur? Quemadmodum ergò rivuli sunt debiliores ipso fonte, ita quoq; in amore evenire solet, ubi, quatenus sui non habet rationem loquax, multò minùs alii habebunt ipsius rationem. Et successive quidem progressus fit de uno ad aliud, de quo *Seneca* Epist. 107. sic scribit:

Qui rem non tacuerit, non tacebit autorem.

Et quidem in *taciturnitate incommodum non est.* Nam teste *Macrob.* 7. Saturnal.

Philosophus non minùs tacendo pro tempore philosophatur, quàm loquendo.

Et notandum est, quod scribit *Seneca* Epist. 94. quando ait:

Est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias.

Denique *nos movebit*, quòd difficile sit observare rationem circumstantiarum? De qua re *Ennius* (quem refert *Aul. Gellius* lib. 11. noct. Attic. cap. 4.) sic scribit:

Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadē dicta, eademq; oratio æqua nō æque valet.

Cujus generis, in aliis tamen terminis, illud est de quo suprà.

——— *Multi*
Committunt eadem diverso crimina fato:

Inju-

In jure ad taciturnitatem, ejusque consequens commodum referri potest, quod si Vasallus taciturnitatem non præstet, sed revelet secreta domini sui ad ipsius perniciem sciens quidem, feudum amittat. Hæc enim loquacitas ad *feloniam* refertur. quæ non tantùm vitium est, sed & in suo idiomate nequitiam exprimit. Ubi quatenus Vasallus & dominus pari jure judicantur, quæstionis esse posset, num dominus propter eandem rationem taciturnitatis contemptæ proprietate & jure suo privetur? Id quod repeti potest ex feudorum consuetudinum interpretibus.

Verùm quemadmodum in omnibus virtutibus medium est tenendum, ita quoq; *in taciturnitate medium quoddam datur*, de quo *Ovid.* lib.2.de art. amand. sic scribit:

Eximia est virtus præstare silentia rebus:
Sed contrà gravis est culpa tacenda loqui.

Et de hac medietate scribit *Auson.* quando ait:

Vt diversa sibi, vicinaq; culpa est.
Multa loquens & cuncta silens.

Et idem *Auson.* sic loquitur

Nemo silens placuit, multi brevitate loquendi.

Et *Senec.* Epist. 107. hoc medium indicat, quando ait:

Nemo quod audierit, tacebit: nemo quantum audierit, loquetur.

Et

Et *Ovid.* de art. amand. sic scribit:

Qui sermone placet, taciturna silentia vitet.

Et ut medium obtineatur, respiciendum erit ad doctrinā *Horat.* 1. Epist. quando ait:

——— plerumq; modestus

Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.

Eo ipso enim, dum unum vitium effugere conamur, laborabimus (UTI MAGISTRATUS LABORIS) quò minus in alterum è regione incidamus, juxta illud poetæ:

Incidit in Scyllam, qui vult vitare charybdim

Quo ad taciturnitatem tenendam multum ditum est in occasionibus: Inprimis autem nobis cavebimus à loquacium consortio, & percontatoribus juxta illud:

Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.

Et *Plaut.* in Pers. sic scribit:

Nam curiosus nemo est, quin sit malevolus.

Et in genere ibidem perstringit percontatores, quando ait:

Tua quod nihil refert, ne cures.

Quod alibi sic exprimitur:

Tua quod nihil refert percontari desinas.

DE SOBRIETATE.

Sobrietas præ aliis commendanda erit virtutibus, quo pauciores sunt, qui huic virtuti operam navent. Et quidem, si *D. Ambrosium* audiemus, diligentiores erimus in hoc genere virtutis; qui in cap. sexto die distinct. 35. ita loquitur.

Gula

Gula à paradiso regnantem expulit: abstinentia ad paradisum revocat errantem.

Primum & originale hoc malum fuit gulæ, ut non immeritò ab ea nobis cavendum sit.

Sanè si finem cibi & potus velimus intueri, ille solus erit ut nosmetipsos reficiamus. Hunc si obtinuerimus satis est. Ideoque *Cic.* de senect. ita scribit:

Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non ut opprimantur.

Et *Senec.* Epist. 95. excessui morbos ascribit, quando ait:

Innumerabiles morbi supplicia luxuriæ.

Nam teste *Valer. Maxim.* lib. 2.

Bona valetudinis quasi quadam mater frugalitas.

Et quidem præter ea, quæ jam dicta sunt, *Nos commovebunt ad exercendam sobrietatem*, non tantùm commoda hujus virtutis, sed & incommoda extremorum: maximè verò, cum natura paucis sit contenta. De qua re *Seneca* Epist. 25. sic scribit:

Panem & aquam natura desiderat: nemo adhuc pauper est.

Cum quo in effectu convenit *Plaut.* in Curcul. quando scribit:

Hæc sunt ventri stabilimenta, panis & assa bubula.

Et si-

Et simile est illud *Horat.* 1. Serm. quando ait:

——— cum sale panis
Latrantem stomachum benè leniet.

Et ut ibidem

Iejunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Et astipulatur P. *Faustus Italus*, quando scribit:

Omnia jejuno sapiunt vel pessima ventri.

Quocirca & *Claud.* 1. ad Ruffinum sic refert

Vivitur exiguo meliùs; natura beatis
Omnibus esse dedit. ———

Et *Celsus Medic.* lib. 2. id exaggerat, quando ait:

Quod contra consuetudinem est, nocet, seu mollis seu durum est.

Ut videlicet subindicet, non minùs pauperioribus obesse cibos ditiorum, quibus assueti non sint, quàm ditioribus cibos pauperiorum: Unde *Augus.* in cap. non cogantur distinctione 41. sic notat:

Non cogantur divites pauperiorum cibis vesci.

Et in hoc genere quendam ordinem proponit *Apulejus* lib. 3. florid. quando ait:

Prima cratera ad sitim pertinet: secunda ad hilaritatem: tertia ad voluptatem: quarta ad insaniam.

INSUPER *ad sobrietatem nos invitabit,* quòd & ipsa voluptas nobis invisa reddatur,

tur, & fastidium pariat, secundùm testimonium *Plinii* lib. 12. natural. Histor. cap. 12. quando scribit:

Nulla est voluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat.

Et convenit in effectu *Iuvenalis*, qui Satyr. 11. scribit:

——— *Voluptates commendat rarior usus.*

Quatenus enim in primo ordine actionum nostrarum ponenda sunt illa, quæ necessitatis sunt: & in secundo ordine, quæ evidentis utilitatis: consequens, quòd locus postremus sit tribuendus voluptatibus ad quas aut nunquam, aut rariùs saltem deveniendum.

Præter hæc & alia sobrietatis commoda, nos invitabunt ad sobrietatem incommoda, quæ ex luxuria sequuntur. Nam inter alia *Apulejus* de aureo asino scribit:

Non immeritò Medici fidi cibo & crapula distentos sæva & gravia somniare autumant.

Et ad hæc incommoda respicit *Iuvenalis* Satyr. 11. quando scribit:

——— *Quis enim deficiente crumena*
Et crescente gula manet exitus?

Et *Lucanus* 4. Pharsal. sic scribit:

——— *O prodiga rerum.*
Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,
Sed quæsitorum terra pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ.

Disci-

Discite quàm parvo liceat traducere vitam,
Et quantum natura queat. —

Et de ebrietate memorat *Horat.* lib. 1. Epist. quando scribit:

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes:
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contractâ quem non in paupertate solutum.

Bibuli enim homines inter alia solent sibi vendicare scientiam rerum, quas non cognoverunt, & notitiam locorum, quæ non viderunt: sic ut & sæpe magisterium vel Doctoratum imaginentur inter pocula, dürffen sich berühmen / sie seyen deß Holtzes / darauß man die Doctor mache / (ut aliquando Georgius Rhydgans) cùm regulariter nihil ejusmodi. Sed nec addere audent, an lignum illud qualificatum sit, nec ne, Ob das Holtz grob oder behauen seye?

Imò verò excessus sobrietatis etiam in fœminis multorum malorum causa est: de qua re *Valer. Max.* lib. 6. scribit, quando ait: *Quæcunq; fœmina vini usum immoderatè appetit, & virtutibus omnibus januam claudit, & vitiis aperit.*

Et generaliter voluptatis meminit *Plautus* in milit. gloriosâ quando scribit:

Voluptas est esca malorum, quòd eâ non mi-nùs

nius homines. Quàm hamo capiantur pisces.

Quare non iniquè *Ovid.* 15. Metamor. quærit causam luxuriæ, quando ait:

Vnde fames homini vetitorum tanta ciborũ est?

Sed ei *Plin.* 23. nat. hist. c. 1. responderet,

Vino debemus, quòd soli animalium non sitientes bibimus.

Quò referri posset illud *Ovidii* 1. Fastor. quando dicit:

Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.

Verùm quemadmodum nihil utilius usu vini, ita & ejusdem abusu nihil nocentius esse potest, ut innuit *Plinius* lib. 14. natur. histor. cap. 5. quando scribit:

Neque viribus corporis utilius aliud, quàm vinum, neq; aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit.

Quapropter generaliter concludit *Horat.* 1. Epist.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Verùm enimverò hic ex parte bibulorum illud regeritur, quod adducit *Mantuan.* Eclog. 1. quando ait:

Qui satur est, pleno laudat jejunia ventre,
Et quem nulla premit sitis, est sitientibus asper.

Quemadmodum & illud, quod *Seneca* scripsit Epist. 21. ubi dicit:

Venter præcepta non audit.

Verùm his facilè responderi potest, quòd etiam in hac virtute medium observari

debeat. Nam licet *Valer. Max.* lib. 9. ipsam veritatem loquatur, quando ait:

Blandum luxuria malum, quam accusare aliquando faciliùs, quàm vitare.

Ad minimum tamen eò enitemur, quò minùs prædicari Jure de nobis possit id, quod *Senec.* 1. de benefic. scribit his verbis:

Habebitur aliquando ebrietati honor, & plurimum meri cepisse, virtus erit.

In quem modum ferè etiam *Plin.* scribit lib. 29. nat. hist. c. 1. ubi meminit.

Non aliud pro nostro habemus, quàm delicias.

Quare ita debet vitari unum extremorum, quò minùs ad alterum delabamur. Et quòd naturæ debeant subministrari necessaria, nec Diogenes negat. Nam

Interrogatus Diogenes quâ hora edendum, respondit, habens edet, cùm esurit; non habens, quando habet.

Ut per eum de vita Philosophorum. Quòd si jam ulteriùs pars bibula confugiat ad *Ovid.* lib. 2. de remed. amor. ubi sic meminit:

Aut nulla ebrietas, aut tanta sit ut tibi curas
Eripiat: si qua est inter utrumque, nocet.

Videbimus, an de ejusmodi casu exaudiri possit, ubi præ nimia tristitia vinum adhibetur quò facilius obliviscatur quis miseriarum suarum: quo casu posteà assumi potest illud *Laberii* Equitis Romani Mimogra

mographi consilium, quando (secundùm Nonium) meminit.

Homo ebriatus somno sanari solet.

Pro conclusione *Cautela contra ebrietatem* observanda videtur, ut qui ebrietatem vitare vult, vitet occasionem bibendi & se inebriandi. Nam quemadmodum aliàs occasio maximum est adminiculum rerum benè gerendarum: Ita adminiculum quoque erit rerum malè gerendarum. Interalia autem *Turpilius Comicus* suadet, multos ad convivas non esse convocandos (quemadmodum eum refert *Aulus Gellius* lib. 13. noct. Attic. cap. 11.) quando ait:

Multos convivas esse non convenit, quod turba plerunq; est turbulenta.

Et ut idem *Gell.* lib. 15. memorat.

Numerum convivarum incipere oportet à Gratiarum numero, & progredi ad numerum Musarum.

Id quod & hactenus exaudiendum erit, ut non tantùm quis abstineat à convocatione multorum, sed & quò minùs quis se facile offerat ad convivia, & invitari curet. Hactenus enim, qui periculosum initium amat, in fine periclitabitur ex propria culpa. Unde colligetur, quid de his sentiendum, qui nihil aliud meditantur, quàm cibum & potum: quibus pocula sunt initium sermonis & finis, ventri inservientes?

Verùm hæc missa faciemus. Eâ tamen occasione de *adipe & pinguedine* obiter aliquid addendum videtur, quod sc. secundùm receptam Galeni & Philosophorum sententiam pinguedo sit à frigore. Quod tum accidit, quando pars subtilior & pinguior per tunicas venarum quasi exudat, & ad partes frigidiores delabitur: haud secus atque fortassè in coctione sulphuris quoddam sulphur subtilius exudat per ollam, qua delectantur medici in medicamentis præ alio sulphure. Partes autem frigidiores etiam membranæ intelligi possunt. Et licet pinguedo ex sanguine generetur, sic ut & in animalibus sanguine carentibus adeps absit: nihilominus tamen à frigore est, ut ante omnia ex adipis temperamēto colligitur, quod humidum & frigidum est. Consequens ergo quod & causa adipis à frigore descendere videatur. Deinde illa, ex quibus per calorem vapor elici non potest, à calore non condensantur. Hujusmodi autem est adeps & pleraque omnia, quæ pinguedinem in sese habent. Accedit pro tertio, quòd venter inferior etsi recedat à corde parte calidiore, magis tamen pinguedine circumvolvatur. Pro quarto hic experientia quotidiana adduci posset, quòd tempore hyemis animalia pinguiora deprehendantur, quàm tempore æstatis. Id

tis. Id quod non fieret, si à calore pinguedo proficisceretur. Pro quinto etiam huc adduci posset, quod fœminæ aliàs frigidiores masculis, pinguiores suo respectu reperiantur, quàm masculi. Deniq; etiam huc referri posset ratio illa Logica, quòd contrariorū contraria sint consequentia. Quemadmodum igitur adeps à calore resolvitur: ita ex adverso adipem à frigore condensari necesse erit.

Hæ & similes rationes pro receptiori veterum opinione faciunt: Cui opinioni neoterici quidam sequentia opponunt, videlicet quòd adeps nascatur ex sanguine (ut supra memoratum est.) Jam autem sanguis calidus est: Pro secundo cor calidissimum est, ut & renes: quibus tamen in locis, & circa quas partes nihilominùs pinguedo reperitur. Denique & quod in corpore nullum reperiatur frigus utpote cum & ossa tepida sint, etsi maximè frigida habeantur: Ut prætereatur illud quod frigus cruditatis sit causa cujusmodi cruditas in pinguedine non reperiatur, utpote cùm & pinguedo suo modo calefaciat. Quas rationes Physici erit plenius explicare & resolvere. Interim tamen quæri posset, an pinguedo sit pars animata: Galenus & Aristoteles in ea re non conveniunt: hic enim negat, ille affirmat. Hujus ratio potissi-

potissima videtur, quòd semen excrementum sit. Ergo & pinguedo, utpote cum semen sæpius in pinguedinem transeat. Adfert & aliam rationem, minùs tamen urgentem, quòd nulla pars impediat conceptionem, qualiter faciat pinguedo. Verùm Galeni fundamentum potissimum est, quòd pinguedo suam edat functionem: ejusque assecIæ ad contraria respondent, fieri id per accidens, ut semen transeat in pinguedinem, quatenus semen non sit subtilisatum, remoto calore &c. de qua re consulendi sunt Doctores hujus artis. In effectu tamen distinguendum videtur inter significationem propriam & strictiorem, & inter significationem latiorem & magis impropriam.

DE MANSVETVDINE.

In mansuetudine potissimum prudentia sibi vindicabit locum. Hac enim remotâ facile mansuetudo removebitur, usque eò, ut teste *Diogene* verum sit illud *Platonis*, quod Diogenes ita recenset:

Sapiens cognoscitur, si, cùm vituperatur, non irascitur: non extollitur, si laudatur, secundùm Platonem.

Nam regulariter, ut *Chrysost.* super Matthæum testatur.

Zelus sapere nescit, & ira non habet consilium.

Et cum illo Platonis in effectu concor-

datid,

dat id, quod memorat *Valerius Episcopus* in sermonibus, quando scribit:

Plana victoria est, à clamatione tacere & non respondere provocanti. Sicut nihil deformius, quàm respondere furiosis: ita nihil utilius quàm tacere provocatis. Nullus est finis inimicitiis, nisi ad tempus obtemperemus iratis.

Quo in loco jam moveri posset dubium illud Juridicum, num quis PROVOCATUS *ad arma comparere* præcise teneatur, sic etiam, ut, si adversarium suum interfecerit, suo jure usus censeatur, adeoque immunis sit ab omni pœna? Et cùm duo sint genera, quæ excusare possint nimirum extrema necessitas vel evidens utilitas, considerandum, utrum ad alterutrum referri possit hæc comparendi voluptas. Si enim neutrũ horum, & nisi ad minimum fortè subsit utilitas publica, incolumitas patriæ, vel similes causæ, ad provocantis instantiam comparendum non erit. Privati autem interesse hac in re non admodùm ratio haberi solet, nisi ad statum necessitatis, & necessariç defensionis res redacta fuerit. Prout hæc pleniùs videri possunt per eos, qui ex professo hac de re tractant in l. 3. de Justit. & Jur.

Quatenus autem prudentia ad mansuetudinem multùm confert, & ad iram temperandam, facile colligere datur, ve-

rum esse, quod scribit *Senec.* 2. de ira, quando ait:

Maximum est Iræ remedium. mora.

Quò directum est illud consilium, irascenti ad ulteriora non progrediendum, nisi priùs Græcum alphabeta recitaverit. Unde & in dubio tutius eligendum est, de quo *Valer. Max.* lib. 4. sic scribit:

Malo impunitum te dimittere, quàm propter iram, justo gravius punire.

Cohibendæ autem iræ multas habemus rationes & causas: Et inprimis quia, teste *Liv.* lib. 7:

Ira & spes fallaces autores.

Et quòd, teste *Mimo.*

Homo extra corpus suum est, cùm irascitur.

Quare nec abs re, *Horat.* 1. Epist. sic memorat:

Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi paret. Impe rat, hunc frenis, hunc tu compesce catenis.

Et ut *ibidem.*

——— Qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse, dolor sua quod ferit & mens,
Dum pœnas odio per vim festinat in ulto.

Quò & respexit *Seneca* in Thyest. quando meminit, quod

Nihil sit, ira quod vetitum putet.

Cujusmodi & illud est, quod ex mente *Ennii* recenset *Cic.* 4. Tuscul. ad Brut. quando ait:

An est

An est quicquam similius insania, quàm ira?
Quam benè Ennius initium dixit insania.

Deinde pro ira cohibenda faciet, quòd, secundùm *Senec.* de Ira.

Diutiùs irascimur omnes, quàm lædimur.

Et ut *ibidem*; quòd

Cadit statim simultas ab altera parte deserta.

Cur enim locum dabimus iræ, ubi non ulteriùs lædimur, & ubi cum adversario facilè poterimus reconciliari desertâ ex parte nostrâ simultate? Ut hactenus laudandi sint illi partium discordantium reconciliatores, qui & fingunt bona & honorifica verba de adversario suo protulisse adversarium. Sic enim facilè obtinebunt concordiam.

Et licet *Mimus* veritatem assecutus sit, quando dicit:

Gravissima est probi hominis iracundia.

Et iterum, ut per *eundem*.

Bonus animus læsus graviùs irascitur.

Attamen boni vicissim & generosi animi est ignoscere, ut patet per ea, quæ suprà adducta sunt de fortitudine. Imò verò & quo animus est nobilior, eò promptior erit ad ineundam reconciliationem:

Nam faciles motus mens generosa capit.

Maximè verò, si & ex parte sua intellexerit defectus quosdam intervenisse.

Quò minus autem ad iram commovea-

 mur,

mur, pro una maxima tenendum erit, ne simus curiosi, juxta illud *Seneca* 2. de ira, quando ait:

Non vis esse iracundus? non sis curiosus.

Cum quo dicto in effectu concordat illud *Afri Domitii*, quod recenset *Quintil.* lib. 7. cap. 3. quando scribit:

Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere.

Verùm & in ipsa mansuetudine, quædam excellentia consideratur, juxta *Plinium* lib. 9. Epist. ubi sic notat:

Tunc præcipua mansuetudinis laus, cùm iræ causa iustissima est.

Quod si enim ira justa non erit, inspecta relatione, quæ est inter iram & temperamentum iræ, nec mansuetudo justa erit, hoc est, ea, quæ vicissim in sua excellentia pro virtute reputetur. Similia multa adduci possent, & quidem inter alia, quod, ubi servitus nulla sit, ibi nec manumissio succedere queat, ut colligitur ex §. final. Institut. de ingenuis.

De qua re & ea conjungi possunt, quæ suprà sub fortitudine allata sunt; ubi teste *Cic.* 4. Tuscul. ad M. Brut.

Iracundia cos fortitudinis.

dicitur. Hactenus autem mansuetudo in suo genere à fortitudine in suo vicissim genere differre videtur, quòd primariò illa ad Ju-

ad Juris publici considerationem; hæc contrà referatur: utcunque utraque vicissim extendi posse videatur ulteriùs. Cumque hîc de cohibenda ira sermo sit, quæri posset, an, quatenus Ira & stomachus, item irasci & stomachari, pro uno capiuntur, *ira in stomacho* fundetur & nascatur? Id quod negatur, utpote cùm in ira magis effundatur bilis, quæ est vicina orificio ventriculi, quòd à bile afficitur: ut & multi in graves morbos incidant, ut hac de re consulendi sunt Medici.

DE HUMILITATE.

Valerius Max. lib. 2. ad humilitatem suadendam regulæ instar, generaliter scribit: *Optima vindex insolentiæ, varietas humanæ conditionis.*

Ut videlicet innuat, quòd, quò quisque major est, tantò magis sese humiliare debeat, utpote cùm, contrariâ fortunâ existente, tantò casus sit notabilior & memorabilior, quò quis sit major, quatenus major majora pericula & mutationes timere necesse habet juxta *Claudianum* in Epigrã. satisfact. ap. Hadrian. præf. præt. quando ait:

Incubuit nunquam cœlestis flamma salictis,
Nec parvi frutices iram metuere Tonantis:
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.

In quam sententiam multa similia adferri

ferri possent, si opus esset, ut eo respectu benè moneat *Seneca* Epist. 48. 97. quando ait:

Sic cum inferiore vivas, quemadmodum superiorem tecum vivere velis.

Et *Senec.* lib. 1. de clement. sic scribit:

Optimè Deos exemplum principibus constituam, ut se tales Civibus præbeant, quales sibi Deos esse volunt.

Et in hoc genere aureum illud *Ausonii* est, ad medium retrospicientis, quando ait:

Nolo minor me timeat, despiciatq; major.

Et *D. August.* super Johan. serm. 5. rationem reddens, quare sæpe abjectissima animalia nobis nocere soleant, sic scribit:

Quare patimur multa à creatura, quam fecit Deus, quia offendimus per superbiam. Ad domandam igitur superbiam instituit Deus, ut creatura minima & abjectissima nos torqueret.

Et si quod vitium est, superbia certè est, de qua memorat *Claud.* de 4. Consul. Honor. August. quando ait:

Inquinat egregios adjuncta superbia mores.

De qua & *Auson.* memorat hoc versiculo.

Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem.

Et *Virg.* lib. 10 Æneid. sic scribit:

Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ,
Et servare modum rebus sublata secundis.

Cum quo convenit illud *Terentii* quando scribit:

Cum paululum vobis accessit pecunia, sublati sunt animi.

Inprimis autem ad superbiam proclives sunt, qui ex humili loco ad honores ascenderunt, explicante id *Claudiano* lib. 1. in Eutropium ubi ait:

Asperius nihil est humili cum surgit in altum
Cuncta ferit, dũ cuncta timet, desævit in omnes.

Et ut ibidem

——— *Nec bellua tetrior ulla,*
Quàm servi rabies in libera colla furentis.

Quæ & videtur esse ratio, quare olim Romani triplicem libertatem constituerint, & quod noluerint etiam de Jure novissimo, ingenuitatem per manumissionem propagari & præstari. Neque enim bono rectè uti potest, qui non expertus sit onus & malum adjunctum. Quatenus enim nullum omnino bonum est, quod non aliquid mali admixtum habeat, servus jam jam ad libertatem proveniens non poterit eâ uti, prout par est; nisi priùs expertus sit per aliquod tempus simul incommoda comitantia libertatem, tanquam onera quædam. Imò verò videmus hosce novos homines se sæpe indignos libertate declarare, qui & posteà in servitutem revocentur. Et quanquam teste *Augustino* lib. 13. de Trinit. (quod ex *Ennio* refert)

Omnes mortales sese laudari exoptant.

Cujus-

Cujuſmodi & illud eſt, quod *Valer. Max.* lib.8. ſcribit:

Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

Attamen & hîc medium illud tenendum eſt, de quo ſuprà aliquoties etiamſi negari non poſſit remanere adhuc defectum aliquem, de quo *Marcell. Paling.* lib.12. Zodiac. quando ait:

Cuiq; ſuum impoſuit vitium natura, nihilq;
Tam pulcrũ in terris, aliquâ quin labe notetur.

Quod ipſum etiam expreſſit *Sextus Aurelius Propertius* lib.2. Eleg. quando ait:

Vnicuiq; dedit vitium natura creato.

Abſtinendum ergo erit ab altis: Nam teſte *Plauto* in milit. glorioſo.

Qui alta quærit, malum videtur quærere.

Et in genere odibilem ſe apud alios reddit homo, qui alta quærit, cùm hactenus laborare credatur ſuperbiâ: quam rem *Seneca* de 4. virtutib. in terminis riſus ſic diſtinctiùs explicat.

Odibilem hominem facit, riſus aut ſuperbus aut clarus, aut malignus aut furtivus, aut alienis malis evocatus.

Et quidem teſte *Seneca* Epiſt. 84.

Facilè contemnit omnia, qui ad contemptum ſui venit.

Ad quem quadantenus perveniſſe cenſendus eſt, qui cùm requieſcere alicubi vel-

let cum exercitu suo, propter asinos & animalia sua pabulanda, aliò se convertere coactus fuit. Quo etiam tendũt versiculi:

Nos miseros! hominẽ proprio si nomine quenquã,
Dixeris, hunc verbo dixeris esse nihil.
Non sapimus, quamvis asini collegerit astu
Quisque, quod ex terra nil nisi gleba sumus.

DE PUDICITIA.

Non iniquè *Plaut.* in Bacch. in hæc verba erumpit:

Ego illum periisse puto, cui quidem periit pudor.

Vita enim & pudicitia paribus passibus ambulare dicuntur, sicut & propter pudicitiam liceat alterum occidere, ut scribit *Hackelm.* disp. 1. th. 3. nimirum defendendo sese & ita per accidens occidendo. Id quod *Iulius Clarus* generaliter intelligit de honore, quem citat & sequitur Hippolytus Bonacosa in communibus opinionibus in verbo defensio. Hanc paritatem & *Iuvenalis* Satyr. 8. considerat, quando ait:

Summum crede nefas animam præferre pudori.
Et propter vitam vivendi perdere causas.

Maximè verò quoniam teste *Cic.* 2. de finibus.

Pudor ad humanam societatem Iustitiæ fida custodia.

Jam verò ex sola causa læsæ justitiæ de jure quis vita privari potest. In genere autem

tem pudicitiæ eò enitemur, ut illud *Ciceronis* lib. 1. offic. sequamur, quod de hominibus sanis prædicat, quando inquit:

Quæ natura occultavit, eadem omnes qui sanâ mente sunt, removent ab oculis.

Quandoquidem enim in defectu pleraque omnia ad similitudinem naturæ introducta sunt, laborandum erit, quo minus contra naturam ejusve morem, quid tentemus. Verùm non tam in externis, quàm in internis & *in anima consistit pudicitia*, juxta illud *Senecæ* in Hippolyto.

Mens impudicam facere non casus solet.

Unde & *Iustinus* lib. 20. ita scribit:

Vera ornamēta matronarū pudicitia, non vestes.

Quod & *Plautus* in trinummo. exaggerat, quando inquit:

Omnes bonos bonasq;

Accurate addecet suspicionem & culpam ut abs se segregent.

Utpote cùm & is, qui famam negligit, crudelis dicatur: Adeoque etiam evitanda sunt ex quibus mala suspicio oriri possit. Quò respicit *Plaut.* in Casina, quādo ait:

Non est matronarum officium, sed meretricium. Viris alienis subblandirier.

Sanè, quia in animo principaliter pudicitia consistit, verum deprehenditur, quod scribit *Ovid* 3. Amor. quando ait:

Nec custodiri, ni velit, ulla potest.

Cui

Cui consonat illud *Propertii* lib. 2. quando scribit:

Nam nihil invita tristis custodia prodest;
Quæ peccare pudet, tuta puella sat est.

Et simile est illud *Plauti* in Epid. quādo ait:

Non potest nimis pudicitiam quisq; sua servare filia.

Commovebunt autem *ad Pudicitiam* non modò laus & commoda pudicitiæ, sed & incommoda libidinis. Nam rectè *Cicer.* de senect. scribit:

Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

Et idem *Cic.* 2. de finib. sic scribit:

Fluit voluptas corporis, & prima quæq; avolat, sæpiusq; relinquit causas pœnitendi, quàm recordandi.

Idcircò *Horat.* 1. serm. attentis incommodis, his verbis consulit:

Desine matronas sectarier, unde laboris
Plus haurire malìest, quā ex re decerpere fructus

Huc etiam illud ex Jure referri posset, quòd Cæsareæ constitutiones adulterinis liberis denegent non tantum Jus succedendi, sed & alimenta, prout expressè liquet ex Nov. 89. c. fin. quod tamen de Jure Canonico mitigatum est, per cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium &c. Unde constare poterit, quid statuendum de V. Vogler in Tiefn. de quo versiculus:

Inter

Inter pastores requiescit adultera, jussu
Pastoris: causa est, pastor adulter erat.

Et simile est illud:

Aut, thus, si pius (es) morator: aut te
Jam quindecimus niger notabit.

Quorsum enim impuri rivuli secundùm *Leonem* Imperatorem, si puriore fonte uti liceat? Contra vagam enim libidinem ducendi uxorem, *liberum arbitrium abs te Deus: en lana anni*, ejusque primitiæ pro sacrificio tuæ erunt. Et generaliter huc referendum erit, quòd legislatores Juris civilis in materia delictorum adulterium in ordine præposuerint homicidio: propter quod adulterium mulier dotem suam amittit, quæ parti innocenti applicatur, secundùm *Clarum* lib. 5. sentent. Et quidem adulterium objici potest mulieri ab hæredibus mariti, si dotem suam repetere conetur, prout scribit *Emmanuel Soarez* in thesauro suo in verbo adulterium.

Quanquam autem verum sit illud, quod *Propertius* lib. 2. innuit, ubi scribit:

Semper in absentes felicior æstus amantum.

Cùm amor ferè per contraria agere videatur, de qua re *Ausonius* sic loquitur:

Hanc volo, quæ non vult: contrà, quæ vult, ego nolo.

Cujus generis etiam illud *Terentii* in Andria est, ubi scribit:

Omnes,

Omnes, qui amant, graviter sibi uxorem dari ferunt.

Quod & idem in fœminis, die gern genomen weren/pflegen sich vieler Freyer zu berühmen. Quò etiam referri posset illud *Ovidii* lib. 1. de art. amand. quando ita scribit:

Vim licet appelles, grata est vis illa puellis
Quæ juvat, invita sæpe dedisse volunt.

Attamen sunt, qui in contrarium adferunt illud *Eobani* Idyll. 7. quando ait:

Aut Deus aut truncus iners, qui nescit amorem.

Cui simile est illud

Aut Deus aut lapis est, qui nō juveniliter ardet?

Et *Turpilius Comicus* (ut ipsum refert Nonius) sic loquitur:

Quid est, quod homo masculus libentiùs videre debeat, quam bellam uxorem?

Et ipsam naturam in cæco depingit *Iuvenalis* Satyr. 4. ubi dicit:

Qui nunquam visa flagrabat amore puellæ:

Id quod & ad fœminas refertur, quatenus agnoscunt *Claudianum* in Eutropium, ubi scribit:

Nascitur ad fructum mulier prolemq; futuram.

Hæcque, ut invitent masculos, artibus suis utuntur. De quibus *Ovid.* 2. de art. amand. sic notat:

Illa munditiis annorum damna rependunt,
Et faciunt curâ ne videantur anus.

Verùm

Verùm hisce & similibus facile occurritur allegando mediocritatem, quæ in omni virtute requiritur, & hic pudicitia dicitur. Quare & *Mimus* scribit personarum qualitate inspectâ.

Amare juveni est fructus, crimen seni.

Quatenus enim illud evitabimus, de quo *Mantuanus* 7. Sylvar. sic scribit:

Tempore namq; isto vitio datur esse pudicum:
Est scelus esse pium, secli hæc est gloria nostri.

Jam propinquiùs accedemus ad pudicitiam. Concessa autem sunt media, de quibus sedulò cogitandum erit parentibus filios, & præsertim filias habentibus, ut iis quærant maturiùs maritos, si eas deprehenderint minùs continentes: maximè verò, si formosiores fuerint. Nam teste *Ovidio* 3. Amor.

Formosis levitas semper amica fuit.

Cui consonat illud:

Cum formâ lis est magna pudicitiæ.

Id quod Judæi ferè attendendere solent, quando juniores puellas despondent. Nam & Maria nata 3949. anno ætatis 14. peperit Christum, secundùm Hieronymum, quem citat M. Jacob. Gislonis &c.

DE PARSIMONIA.

Rectè *Cic.* de senect. ita scribit:

Non intelligunt homines, quàm magnum vectigal sit parsimonia?

Et ut

Et ut *ibidem*

Non esse emacem, vectigal est.

Nam & teste *Valer. Max.* lib. 4.

Divitiis non est multa possidere, sed modica.

Quare & *M.Cato* de re rustica sic notat:

Patrem familias vendacem, non emacem esse oportet.

Cum quo in effectu convenit illud *Seneca* Epist. 94. ubi scribit:

Emas non quod opus est, sed quod necesse est.

Et ut *ibidem* ex incerto autore.

Quod non opus est, asse carum est.

Quin imò & *Horatius* lib. 1. Epist. sic scribit:

Exilis domus est, ubi non & multa supersunt,
Qua fallunt dominos & prosunt furibus.

Et *Lucret.* lib.4. sic scribit:

Divitia grandes homini sunt vivere parce
Æquo animo: neq; enim est unquam penuria parvi.

Et *Horat.* modò dicto loco sic scribit:

——— *Tolle querelas:*
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.

Nimirum si quis sequatur consilium, ut ibidem per eum, quando scribit:

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

PARSIMONIAM autem ex vita rustica derivant, de qua re *Cicero* pro S. Roscio sic loquitur:

Vita

Vita hac rustica, quam agrestem vocant, parsimoniæ, diligentiæ Iustitiæ magistra est.

Nam quantum ad diligentiam attinet, meminit *Cato* de re rustica regulæ, quando scribit:

Primus villicus surgat, postremus cubitum eat.

Nam, ut *ibidem*

Res rustica sic est, si unam rem serò feceris, omnia opera serò facies.

Et quidem teste *Plinio* lib. 14. natural. histor. cap. 23.

Majores fertilissimum in agro oculum domini dixerunt.

Et ut *ibidem*

Frontem domini plus prodesse, quàm occipitium, non mentiuntur.

Nam quisq; ad proprium commodum diligentior, innuente *Plauto* in Amph.

Ad suum quemq; hominem quæstum est æquum esse callidum.

Et in genere verum est, quod scribit *Columell.* lib. 11. quando ait:

In re familiari laboriosior est negligentia, quàm diligentia.

Sanè præsupposità diligentià plerunq; sequi solet quædam parsimonia, quatenus diligens novit, quanto cum labore acquisierit bona sua, & conditione sua instituit vitam suam. Hæc enim ratio primùm erit ineunda, Nam teste *Plauto* in Pænulo.

N.

Non potest quæstus consistere, si eum sumptus superat.

Quo etiam alludit *Philippus Melanchthon*, quando ait:

Si quis de parvis vult plura absumere rebus,
Quærere quàm vigili sedulitate potest.
Is mendicando tandem petet ostia pulsans &c.

Cujusmodi & illud est:

Non habites, ubi sumptus lucra exuperant, ubi plures mali quam boni, & domini plurimùm mentiuntur: ex Platone Diogenes refert.

Quo fine cum his conversandum, qui ejusdem conditionis sunt, cùm contrarium reprehendendum sit, juxta *Plautum* in Aulul. quando scribit:

Dii immortales facinus audax incipit,
Qui cum opulento pauper homine cœpit rem habere aut negotium.

In genere autem *quilibet sua sorte contentus erit.* Nam *Cic.* de senectute attestante

Contentum suis rebus esse maxima sunt certissimaq; divitiæ.

Et teste *Valer. Max.* lib. 4.

Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit.

Cui non absimile est illud, quod scribit *Senec.* Epist. 1. quando ait:

Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est.

Et *Claudianus* in Ruffin. sic scribit:

Semper egens quicunq; cupit.

M Ideo-

Ideoque *primus divitiarum modus, habere quod necesse est: proximus, quod sat est.* Dictante *Seneca* Epist. 2. Et meminerimus, quod Dii non omnia uni eidemque dederint. Quod quidam sequentibus versiculis & anagrammate explicuit:

SUSANNA, an nasus.

Spiritus est unus, sed diversissima dona.
Quæ cuivis homini distribuisse solet.
Sic etiam nulli contingunt omnia, verùm,
Huic facies, illi mens animusq; bonus.
Vnde nec immerito forsan quis quærere posset,
Anne pudicitiæ sic sapuisse datum?
Nam Susannæ non major ad usque pudore est:
Quod Susanna, vetus nomen & omen habes.
Sed cum per nasum sensus signetur acutus,
Prudentem mentem nomina versa notant.

Id quod & exemplis naturæ illustrari posset. Nam *M. Terent. Varrone* attestante.

Neque in pingui terra seruntur omnia recte, neq; in macra nihil.

Cui simile est illud *Virgilii* 2. Georg. quando ita scribit:

Nec verò terra ferre omnes omnia possunt:
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi,
Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo &c.

Neque etiam fortunæ nimiùm credendum est, secundùm *Valer. Max.* lib. 7. ubi scribit:

Nemo

Nemo nimia fortuna credere debet.

Et consonat illud *Celsi* lib. 7. quando ait:

Fortuna credendum, & in utramq; partem se illi offerendum.

Et *Seneca* Epist. 8. sic notat:

Munera ista, quæ fortuna putatis, insidiæ sunt.

Similiter quoque nec desperandum est, cui nihil sperandum. Nam referente *Virg.* Æneid. 11.

Multa dies, variusq; labor mutabilis ævi
Rettulit in melius: multos alterna revisens
Lusit, & in solito rursus fortuna locavit.

Tutiùs igitur nihil est, quàm ut sequamur consilium *Senecæ* Epist. 20. quando scribit:

Redige te ad parva, ex quibus cadere non possis.

Quo in genere memorabile illud est, quod *Cic.* libr. 2. offic. refert, quando scribit:

Malo virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam, quæ viro, dixit Themistocles.

Et teste *Seneca* de moribus:

Scire uti paupertate, maxima felicitas est.

Unde & *Quintil.* declam. 9. scribit:

Vidi pauperem auxilia diviti ferentem.

Verùm in *contrarium Seneca* Epist. 2. ad hodiernos mores respiciens, scribit:

Sed jam rusticitatis & miseria est, velle quantum satis est.

AVARITIA nimirum præponderat, quam si propiùs intueamur, facies tetrior apparebit. Nam *Valer. Max.* lib.9. teste.

Avaritia nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima.

Et *Senec.* de natural, quæst. sic scribit:

Avaritia quicquid omnibus abstulit, sibi negat.

Et *Senec.* Epist. 20. sic memorat:

Quanta dementia hæredis sui res procurare, & sibi omnia negare? magna enim hæreditas ex amico inimicum facit. Plus enim gaudebit tua morte, quò plus accipiet.

Insuper si exitum spectaverimus, ubi teste *Festo* ex *Navio* Comic.

Malè parta, malè dilabuntur.

Et si consideraverimus, quod scribit *Fabritius* in manuscriptis, quando ait:

Quid refert quantum habeas? Multò id plus est, quod non habes.

Parum aberit, quin avaritia reddatur nobis invisa. Inprimis autem curandum erit ne magnifaciamus vitiorum oblata præmia, & quò minùs cum his conversemur, qui vitiis delectantur: de qua re *Senec* Epist. 7. sic ait:

Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, crudelior, inhumanior; quia inter homines fui.

Et iterum Epist. 10. *Senec.* sic infit:

Vitia

Vitia te mercede solicitant, avaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac varias voluptates, ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam.

Ut consequenter, teste Q. *Curtio* lib. 4.

Majus regnum fastidire, quàm accipere.

Cui simile est illud *Cornel. Taciti* in dialogo de oratorib. quando ait:

Opes faciliùs invenies qui vituperet, quàm qui fastidiat.

Verùm contra has & similes avaritiæ tentationes ipsa natura consideranda erit, ubi teste *Senec.* Epist. 16.

Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam eris dives. Exiguum natura desiderat, opinio immensum.

Et iterum *Seneca* Epist. 25. sic loquitur:

Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est.

Imò verò *Valer. Max.* lib. 4. de paupert. non erubuit recensere, quod

Attilium, qui ad eum accersendum à Senatu missi erant ad Imperium populi Romani suscipiendum, semen aspergentem viderunt.

Quocirca in genere contra avaritiam illud meminerimus, quod scribit *Salust.* ex orat. ad C. Cæsar. de Repub. ordinanda.

Vbi divitiæ charæ habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.

Et ad avaritiam respicit *Seneca* de moribus quando inquit:

Quietissimam homines agerent vitam in terris, si has verba, à naturâ omnium rerum tollerent, MEVM & TVVM.

Cui consonat illud *Cic.* 3. Rhetor. quando ait:

Duæ res sunt, quæ solent ad turpe compendium homines commovere, inopia atque avaritia.

Quatenus igitur à parsimonia recedimus illud sequitur incommodum, de quo meminit *Lucretius* lib. 4. quando ait:

Tunc igitur pelles: nunc aurum & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.

Quocirca imitabimur *Horat.* 1. Epist. qui, quando dixerat, quòd.

Imperat aut servit collecta pecunia cuique.

Meminit horum verborum

Et mihi res, non me rebus submittere cogor.

Et quidem quoad parsimoniam assuefactione opus est, & ut quis discat, quod nondum intelligit, juxta *Porphyrium* ex incerto autore, ubi inquit:

Semel scurra nunquam paterfamilias.

Cui simile est illud *Iuvenalis* Satyr. 6. quando scribit:

Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum,
Non unquã reputat, quanti sibi gaudia constent.

Et juxta *Columell.* lib. 11. quando ait:

In universa villicatione, sicut in cætera vita,

provi-

pretiosissimum est intelligere, nescire se, quod nesciat, semperq; cupere, quod ignoret, addiscere.


Et sic tandem acquiretur habitus. Quatenus autem vita rustica parsimoniæ studet, consequens à veritate non esse alienum illud, quod *Aristoteles* 6. Polit. scribit:

Agricolæ magis appetunt lucrum, quàm honorem.

Ex quo vicissim ad illam quæstionem responderi posset, utrùm *pro defensione rerum* alium occidere liceat? De qua re per Doct. in leg. 3. de Just. & Jur.

Hæcque de Ethicis generaliter proponere placuit, eo etiam fine, ut philosophorum dicta moralia ad virtutes referantur, & sic uno eodemque labore perlegantur & retineantur qualitercunque connexa. Benevolus lector æqui boni consulat.

FINIS.





FINE

